

Er. 3. num. 9.

DISSERTATIO PHILOSOPHICO-IVRIDICA
DE

13
1760 6a

CONSORTIBVS ET ADIV-
TORIBVS CRIMINVM EORVMQVE
POENA ET NOXA, SECVNDVM LEGES
GERMANIÆ CRIMINALES GENE-
RATIM

QVAM

SVB PRAESIDIO

VIRI CONSVLTISSIMI

ERNESTI CHRIST. WESTPHAL

IVRIS VTRIVSQVE NEC NON PHILOSOPHIÆ DOCTORIS
CELEBERRIMI

FAVTOVIS ATQVE PRÆCEPTORIS OMNI
PIETATIS CVLTV SEMPITERNVM COLENDI

D. XXI. IVNII MDCCLX.

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENDET

NICOLAVS JOSEPHVS GÜNTHER,

MAGDEBVRGENSIS. J. V. C.



HALAE MAGDEBVRGICAE MDCCLX.

100

INSTITUTIO PHILOSOPHICO-MATHEMATICA

DE

CONSORTIIS ET ADIV

INSTITUTIS CRIMINUM FORIMORUM

FORA ET VOX, SECVNDVM

GERMANICIS CRIMINALIBUS

ITALIA

SUB PRAESIDIO

ERNESTI ERNSTI WESTPHALI

PHILOSOPHI, MATHEMATICI, JURISCONSULTI

INSTITUTIS ATQUE IN PRAESENTIA


RECTORIS CAESARIS PALATINIS

ET EXCELSAE ACADEMIAE

PHILOSOPHICAE

NICOLAI JOSEPHI GENTILE

PHILOSOPHI, MATHEMATICI, JURISCONSULTI



HABERE MAGISTERIALIA

104



VIRIS
PERILLVSTRI, GENEROSISSIMO EXCEL-
LENTISSIMOQVE DOMINO,

DOMINO
ERNESTO IOANNI
DE VOSS,

SVMMI REGIMINIS, CONSISTORII
ET RERVVM CRIMINALIVM COLLEGII,
A POTENTISSIMO BORVSSORVM REGE IN DVCATV
MAGDEBVRGICO CONSTITVTI,

PRÆSIDI
SPLENDIDISSIMO AC GRAVISSIMO,
HAEREDITARIO DOMINO DE GROS-ET KLEIN-
GIEWITZ, SCHOENAV, &c. &c.

MAECENATI SVO INDVLGENTISSIMO,

NEC

VIRIS
PERILLVSTRI, GENEROSISSIMO EXCEL-
LENTISSIMOQUE DOMINO,
DOMINO
ERNESTO IOANNI
DE VOSS
SVMMI REGIMINIS CONSISTORII
ET REPERE CRIMINALIVM COLLEGI
ALOTENTISSIMO ROTVRSORVM REGIVM DECVTA
MAGDEBVRGICO CONSTITVTI
PRÆSIDI
SPLENDIDISSIMO AC GRAVISSIMO
HÆREDITARIO DOMINO DE GROß-ET-ELBRIN.
GIEWITZ, SCHOENAV. &c. &c.
MAESTRATI SVO INDALGENTISSIMO.

170



NEC NON
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ATQVE CONSVL-
TISSIMO DOMINO
DOMINO
IACOBO FRIDERICO
BVRGHOFF,

POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS CAMERAE,
QVAE MAGDEBVRGI REBVS BELLI ET REGIS
REDITIBVS PROSPICIT,

DIRECTORI GRAVISSIMO
ADMODVM REVERENDI CATHEDRALIS
COLLEGII S. SEBASTIANI CANONICO,
PATRONO PIO MENTIS CVLTV SEM-
PITERNVM VENERANDO

VT ET

VT ET
ILLVSTRI AC CONSVLTISSIMO DOMINO
DOMINO
GEBHARDO FRIDERICO
BASTINELLER,
REGIS BORVSSORVM POTENTISSIMI A
CONSILIIS REGIMINIS DVCATVS MAGDEBVR-
GICI ET ASSESSORI PVPIIIORVM COLLE-
GII GRAVISSIMO, PATRONO EXIMIA ANI-
MI PIETATE AD VRNAM
VSQVE COLENDO,

DIS-

DISSERTATIONEM HANC PHILO-
SOPHICO-IVRIDICAM

IN TESSERAM

ANIMI, SVAVISSIMA TOT TANTORVMQVE
BENEFICIORVM IN SE COLLATORVM
RECORDATIONE VEHEMEN-
TER TACTI

AC MONVMENTVM

PIETATIS, VENERATIONIS AC
GRATIARVM IMMORTALIVM

CVM

ARDENTISSIMA APPRECIATIONE
VT SVPREMVS OMNIVM RERVM MODERATOR VI-
TAE ET SANITATIS DIVTVRNITATE IN-
CONCVSSA, SENECTVTE GLORIOSA, FLO-
RE PERPETVO. SERO ATQVE BEA.
TO EOS CORONARE VELIT,

RERVM-

DISCRETIONIBUS VESTRIS
R ERVMQVE SVARVM COMMENDATIONE

SACRAM ESSE VOLVIT

TANTORVM NOMINVM

ANIM. BENEFICIORVM IN SE COLLATORVM
OBSERVANTISSIMVS CVLTO

RECORDATIONE VEHEMEN-

TER FACTI

AC MONITIONVM

PIETATIS VENERATIONIS AC

GRATIA RVMMIMORTALIVM

CAP.

ARDENTISSIMA APPRECIATIONE

VT SVPERVIS OMNIVM RERVVM MODERATOR VI-

DE ET SANCTISS DIVINITATE IN

CONCESSA SENECTATE GIGNOSA, FI. O.

RE PERITVO. SERO AFVOVE REA.

TO EOS CORONARE VELIT.

NICOLAVS IOSEPHVS GVNTHER.

REVERE





DISSERTATIO PHILOSOPHICO - IVRIDICA
DE
CONSORTIBVS & ADIVTORIBVS
CRIMINVM EORVMQVE POENA ET NOXA,
SECVNDVM LEGES GERMANIAE
CRIMINALES GENERATIM.

CAP. I.
PROLEGOMENA.

§. I.
PROEMIVM.



Est hæc non vltima temporum nostrorum felicitas, quod, si iniqui esse nolumus, confiteri quemque oportet, vt inventis iam ac pervulgatis aliquid saltim peculiare subinde addatur sicque maxime earum, quæ nunc prodeunt scripturarum pars quadam sententiarum argumentorumque novitate se commendet. Id tamen in Iurisprudentiæ tantum gratulationem dictum velim. Reliquarum enim scientiarum, a Iuris studio remotiorum, privatas et domesticas rationes exacte non calleo, vnde et de his arbitrium, non delatum importunius invadere.

A

dere non sustineo. Nostratum, ad quos redeo, antiquiores, puta eos qui ante Sæculi nostri initium scripserunt, ubi aliquid scripti, maxime academici, parturiebant, non id agebant, ut præeuntium opiniones ad examen revocarent, in consilium vocato sensu communi, excusis et sollicitatis fontibus, erroribus exilium indicerent, tenebris lucem accenderent, denique dignum quid ingenuo homine meditentur; sed potius omnia in cenum voluminibus dispersa et ad electam sibi materiem spectantia, in vnum convasare, quasi contractis vndique copiis aciem instruere, sicque perpetuos indices et æterna promtuarum compingere, Iurisprudentiam, ut acceperant, ita posteris nullo articulo detortam religiose transmittere, eadem oberrare lyra, suis quatuor causarum figuris, etymologiis, homonymiis et synonymiis aliisque crepundiis febrim ac vomitum lectoribus creare, id demum eximium et ad posteros etiam infigne multiscentiæ documentum putabant. Sed dispulit litterarum splendor temporum horum obscuritatem. Hodie non vnice Romani iuris abditam sapientiam rimamur, sed simul a primis rationis ac naturalis intelligentiæ initiis scientiam repetimus et Iuri patrio situm suum ac squalorem, quo oppressum fuit, abstergimus, et hoc modo peregrini iuris temerarium haud raro dominantem sistimus, causas denique ab aliis nondum dictas, saltim vltima adhuc lima destitutas, orandas suscipimus. Fati quodam errore in nostra tempora coniectus sit, oportet, cui eandem ingrediendi viam animus deficit. Euge! coniungamus cum optimo quovis nostra quoque studia! si vires desint conatui hoc etiam scivisse officium idque implere voluisse non minima laus est. Non trita saltim et ab aliis iam dicta, nobis proposita esse, infra patebit.

§. II.

INSTITUTI RATIO.

Argumentum de consortibus et adiutoribus criminum eorumque pœna videbitur forsitan nonnullis ab aliis iam esse occupatum et ad nauseam usque tractatum. Sed falluntur, ut

doce-

docebimus. Distinguenda hic sunt duo momenta, quorum neutri adhuc satisfactum est. Prius versatur circa definitam consortium et adiutorum notionem et mensuram eius, quod quisque eorum ad delictum contulisse putandus sit. Alterum pertinet ad poenam, qua quisque in hac delictorum societate, ple- tendus sit et ad quid noxae nomine teneatur generatim deter- minandum. Illud lumine adhuc inessentiali eget, licet res a multis iam iterumque memorata sit. Hic vero locus intactus plerisque ut prima adhuc in hac doctrina crepuscula videas. Ad utrumque laborem manum admovebimus rem ad omnes in Germania obvias leges exigemus, earumque quadam loca curatius explicabimus.

§. III.

SCRIPTORES ANTIQUI, QUI DE PRÆSENTI ARGUMENTO QUIDQUAM TRADIDERUNT.

Ut, quos precedentes habeamus in via quam insistimus, in conspectum, denique, age, enumeremus sincere potissimos. Philosophos oratores scriptores antiquiores quod attinet, hi admodum pauca et ieiuna magisque moralia et ethica, quam iure-consultis placitura, proferunt. Huc refero illud PLATONIS de L. L. L. 12. Si quis rem furto sublatam sciens receperit, in eadem culpa est qua ille, qui furatus est; illud PHOCILIDIS. Ἀμφοτέρωι ἴλαπτες, καὶ ἔκλεψαμένως, καὶ ὁ κροφάς, i. e. tam ille fur est, qui furatur, quam is, qui furtum silentio obtegit; illud ANDROCIDIS ex L. Attica: τὸν βουλευσάντων ἐν τῷ δούτῳ ἐπέχεσθαι, καὶ τοῦ τῆν χεῖρῶν ἐργασόμενον i. e. consultorem non minus esse puniendum quam eum, qui propria manu facinus perfecit; illud THUCYDIDIS L. I. et 6. ἔδουλέμενος πᾶσιν, ἀλλ' ἑσπεύειν πᾶσι, i. e. is, qui potest prohibere, (subintellige et non prohibet) veriori sensu auctor dicitur (subintellige, quam is qui crimen perpetravit); illud CICERONIS in Pisonem: Neque vero multum interest, praesertim in consule, utrum ipse perniciosus legibus, improbis concionibus Rempublicam vexet, an alios vexare patiat; illud EIUSDEM Philipp. 2. Quid interest inter suasorem facti et probatorem? aut quid

quid refert, voluerim fieri, an gaudeam factum, illud EIUSDEM de Offic. 1. Qui non defendit nec obstitit iniuria, tam est in vitio, quam si parentes, aut amicos, aut patriam deserat; illud PLAUTI in Curcul. Qui monet, adiuvat; illud QUINTILIANI Declam. 255. Natura simile est, facere scelus, et probare; illud SE-NECÆ: Qui non vetat, cum possit, peccat; illud CHRYSOSTOMI: I. ad hom. Τὸν πλημμελέντος ἢ τὴν ἀμαρτίαν ἑταῶν ἡλεπώτερος i. e. peior est peccante, qui laudat peccatum; illud AUGUSTINI: Qui desinit obviare, cum potest, consentit; illud AGAPETI, ad Iustinianum adversus gentiles c. 4. ἴσον τῷ πλημμελεῖν τὸ μὴ κολῦειν τοὺς πλημμελῶντας, i. e. Idem est peccare et peccantes seu delinquentes non punire; collaudandum est illud VALERII MAXIMI L. 9, c. II. Interficiendum tradidit, an ipse iugulavit? Quanto enim levius est scelus, cui tantummodo manus abest? Nolo plura colligere. Transeo ad Philosophos recentiores.

§. IV.

DOCTORES IURIS NATURALIS RECENTIORES.

Horum si familia nunc percensenda est, familiae huius a capite merito filum ducendum erit. Quis non conicit statim nobis de atavo illo omnium iuris naturalis interpretum, scilicet de HUGONE GROTIIO sermonem esse? Multus hic est in nostro argumento. Pertinet huc I. B. et P. L. II. c. 21. integrum nec minus L. II. c. 17. §. 6. seq. et ad utrumque caput Vir magnus COCCEII. Vnde suo loco ex eius seriniis non sine fructu optima depromemus. Non minori doctrinarum laude egregius SAM. PUFFENDORFIUS in Opusculo de O. H. et C. quod in nostros usus convertamus, continet admodum nihil nisi forsan exceperis L. I. c. 8. §. 8. L. II. c. 13. §. 19. 20. Plenior est et uberior in I. N. et G. L. II. c. 3. §. 28. 33. nec non L. I. c. 5. §. 14. L. III. c. 1. §. 4. Mentis acumine celebris CHRIST. THOMASII in Iurispr. div. caput quoddam nostram ad doctrinam pertinens, tractat. L. II. c. 5. §. 40. seq. Sed si ingenue scapha scapha appellanda est videtur hic deseruisse THOMASIIUM propria ingenii acies; expref-
fit

fit enim ad verba fero PUFFENDORFIUM, sicut hic in Grotii, magistri, verba pene iurat. Separatas a Grotianis laribus rationes instituit THOMASIVS in *Fundam. I. N. et G.* sed nihil ibi habet, unde nos apparatus instruere valeremus. Paucissima suppeditat elegans IO. GOTT. HEINECCIUS in *Elem. Iur. Nat. et Gent.* §. 112. Ex docti HENR. KOELERI *Exerc. Iur. Nat.* nihil huc referas præter §. 508. seq. *Vir Concinnus* ISR. GOTTL. CANZIUS in *Discipl. moral.* interferit quædam opibus nostris addenda *Secl. I. c. 2. §. 158. 159.* Larga prostat seges apud *Virum solidum* REGN. ENGELHARDT in *dem Versuch eines allgemeinen peinlichen Rechts*, §. 66. 67. 69. 71. 72. 74. 75. 76. 77. 80. 81. 85. 86. 87. 89. 90. 91. 92. 95. 96. 98. 99. 100. 101. Præclara sunt quæ subministrat, *vividi Vir ingenii* ILLUSTR. DANIEL NETTELBLADT, *Præceptor ac Fautor mihi ad cineres usque devotissime colendus*, in *System. Elem. univ. Iurispr. natur. P. I.* §. 71. 72. 73. 76. 77. 78. 85. *P. II.* §. 351. Frustra vero voluminosa opera b. WOLFFII *Magni Philosophi*, ILLUSTR. IOACH. GE. DARIESII *Instit. Iurispr. univ.* aut ILLUSTR. IO. STEPH. PÜTTERI et GOTTFR. ACHENWALLI *Virorum eximiorum Elem. Iur. natur.* adieris, in his enim scriptis alias egregiis, nescio quo fato plenissimum deprehenditur huius argumenti silentium. Reliqui Iuris naturalis Doctores ad manus non sunt, sed etsi essent, tamen quantum coniiicio aut plane imprænsi aut saltem nulla nova doctrina, a nostris interpretibus omiſſa, aucti inde rediremus.

§. V.

SCRIPTA SINGVLARIA DE ARGVMENTO.

Non neglecta est hæc causâ Iureconsultis, sed a variis varie agitata. Data opera huc studium suum contulerunt IO. CHRIST. FALKNER in *Diss. de Iure complicum in delict.* Ienæ habita ILLUSTR. HENR. COCCII in *Diss. de socio criminis*, *Francosf.* 1701. ILLUSTR. IO. FRID. EISENHARDT in *Diss. de vera criminis socii notione*, *Helmst.* 1750. IO. IVL. SVRLAND in *Diss. de societ. crim. eiusque pœna*, *Francosf.* 1757. LYNKER in *Diss. de mandato rei turpis*, *Ien.* 1699. SAM. STRYCK in *diss. de mandato delinquendi*,

SCHROETER in *Diss. Quomodo nuda scientia criminis quem involvat*, *Len.* 1686. SAM. FRID. WILLENBERG in *Diss. de scientia delicti punita*. RAVFFVS de *pœna delictis conniventi*. TOB. IAC. REINHARDT in *Diss. de pœna delictis conniventi vel eorund. scient. habent.* ILL. GE. CHRIST. GEBAYER in *Diss. de Imputat. Facti alieni*, *Gætting.* 1755. Nolo his subiungere Practicos, commentatores, reliquosque scriptores criminales, qui transeundo etiam ad nostrum thema diverterunt, his enim infra in ipso Dissertationis progressu commodior locus erit.

CAP. II.

DE AVCTORIBVS ET CONSORTIBVS CRIMINVM
EORVMQVE POENA.

§. VI.

DEFINITIO AVCTORIS DELICTI.

Auctor criminis vario sensu dicitur. *Primo* est is, per quem delictum consummatur. *Deinde* is, qui inter plures criminis reos causa sufficiens est, cur reliqui se crimini commodarunt. *Tum* is, qui proprio nomine scelus produxit. Postremum significatum nobis vindicamus. Datur quidem quartus significatus, quo *auctor* dicitur is inter eos, qui se mutuo laeserunt, qui primus alterum laesit, quo motissimus est *auctor rixæ*, sed hic significatus nobis parum prodest, auctores a sociis distincturis.

§. VII.

RATIO DEFINITIONIS.

Distinguendæ omnino sunt diversæ hæ notiones, sunt enim diversissimæ efficaciz. Quod priorem attinet, id per eam demonstratur, quod germanice *den Thater, Vollbringer, Ausführer* dicere solemus, i. e. eum, qui executor, perpetrator est, manum perficiendo sceleri commodat, ut non spectetur, an id sui animi causa, proprio adfectu percitatus, an ex alterius mandato, iussu, desiderio, utilitate. Eaque est mens vocis, quam illi tribuit Ill. NETTELBLADT l. c. §. 71. *Auctor est*, inquit, *qui ipse actionem perpetravit.* Idem videtur etiam GROTIUS in mente fuisse

fuisse dum *l. c. l. 2. c. 21 §. 2. eos quoque ad socios refert, qui factum vitiosum iubent.* Nec diffidere video SVRLANDVM qui *l. c. §. 20. inter eos, qui ad delictum alterius concurrunt,* memorat etiam *mandantes.* Altera acceptio non differt quod germanice vocamus *einen Vrheber, Rädelsführer, Anstifter, Stenker,* auctorem svasoremque facinoris, facem, ducem, tubam, antesignanum, a quo itaque in rationem non venit, an consumma-verit, ultimam manum adiecerit crimini nec ne, sed sufficit ad eum totius maleficii causam primam, principem, unicam fere pertinere, ut adeo reliquis ad pravitatem satis non fuisset animi, nisi ille supervenisset instigator, monitor, et qui exemplum quod sequerentur, audaciter præiret. Probavit se hæc significatio *Cel. ENGELHARD l. c. §. 69. ibi: Wenn ein Verbrechen &c. v. app. n. l. Vrheber desselben.* Cum hoc facere credo *Ill. EISEHARD l. c. §. 8. dum, Auctor criminis est, ait, qui sciens volensque illud perpetravit s. cuius dolosum propositum criminis existentis rationem sufficientem continet iisque opponit socios, qui sunt illi, qui in crimen aliquod committendum consenserunt, idemque coniunctis viribus perpetrarunt.* Tertio modo si auctor dicitur, distinguimus eum ab alijs, quorum negotium in crimine patrandi non geritur, qui crimini quidem accedunt sed aliorum causa, operas forsitan locantes, amicitiaæ aut voluntati aliorum obtemperantes. Et hoc est, quod proprie Germani dicunt *einen Vrheber,* qui si e. g. ex impetu et ira ipse gladio suo alterum transfixit, auctor est et executor, *Vrheber, Ausführer und Thäter zugleich,* si pressit nunc iram, alium vero desperata pravitatis hominem paullo post adscivit, qui eadem perageret, manet auctor, *der Vrheber,* verus homicida, instrumento vero usus alio homine nequam, qui executus est necem *ein Ausführer.* Ratio cur hunc significatum reliquis præferamus, est regula lureconfultorum: *quod quis facit per alium ipse fecisse, putandus est.* Vnde si ad alterius iussum pravi quid susceptum sit, magis e Iurisprudentiæ sensu est, iubentem crimen peregisse dicere, quam exsequentem; is enim manus, instrumentum, adiutor tantum fuit,

fuit, adiutoribus inde, quibus statim sequentibus, adnumerandus. Reprobamus ergo *primum* vocis sensum, quia non tam aptus est legibus, et multis incommodis ac tenebris doctrinam de auctoribus criminum involvit. Reprobamus etiam *alterum*, quia angustior est et partem tantum eorum, quos nos auctores nuncupamus, comprehendit, ut adeo novum nomen circumspiciendum esset, non forsitan tam facile obvium quo reliquos delicti peractores significaremus. Parum curamus neminem Iureconsultorum nobis hic adstipulari, sufficit, adstipulari debere et leges esse in partibus. Vide L. Longob. Lib. I. tit. 9. §. 25. ubi; *Qui facinorosum inquit, adstans hortatur, pro FACIENTE* (auctore) habetur. Suffragatur etiam Imperator in *C. C. C. Art. 148.* dum in casu, quo plures, qui in occisionem communis inimici conspirarunt, posteaque in exsequendis consiliis sibi invicem opem tulerunt, omnes vocat *THAETER*; *dieselben THAETER alle haben das Leben verwürcket*, nullo habito discrimine quis sit *antesignanus*, nec, quis consummaverit, sive vere gladio animam hauserit, sed hoc solo considerato, quod ad impensum omnium *desiderium* et mutuum quasi *mandatum* scelus perfectum sit.

§. IIX.

PROBATUR TESTIMONIS, MANDATOREM ESSE
AUCTOREM, NON SOCIUM.

Doctores ipsi non nisi verbis a nobis dissentiunt, si mandatores auctores vocare nolunt. Tradunt omnes, eos eadem poena teneri qua auctores adfiguntur, V. KRESS. *ad art. 177.* ANT. MATHÆI Tr. de criminibus Proleg. c. I. optime, mandans est, inquit, mandatarius vero manus et instrumentum mandantis. Sic etiam PUFFENDORFIUS *de I. N. et G. L. I. c. 5. §. 14. Principalis*, inquit, *caussa sc. delicti habetur, qui iubet aliquid fieri ab eo, qui ipsius est imperio subiectus.* V. quoque BENED. CARPZ. *Pract. nov. rer. crim. Q. 4. n.* ubi ait: *Parum refert an quis propriis manibus aliquem occidat, an vero per intermedium personam, eiusque auxilio et ope hoc efficiat, quum uterque occidat.*
reus-

reusque fiat homicidii. SAM. STRYK in *Diff. de Mandato delinquendi Sect. I.* ait, mandantem et mandatarium eadem pœna teneri. Idem tradit IO. HENR. BERGER in *Elect. Iur. Crim. Cap. I. §. 5. v.* etiam PETRI THEODORICI *Judic. Crim. Cap. I. Aph. 27. n. 8.*

§. IX.

QUÆSTIONUM AMBIGVARVM, QUÆ CIRCA MANDATORES
CRIMINUM AGITANTUR DISCUSSIO.

Quid mandatum hic sit, et quæ sunt aliæ apud Doctores agitæ quæstiones, mientur eæ hic quodammoda confiderari, vt nihil obscuritatis vlla ex parte superfit. Observandum igitur

I. *Mandatum* h. l. dicendum esse quamcunque declarationem, qua ab altero, ut nostro nomine crimen perficiat, desideramus. Iustus itaque et conductionem operæ alienæ simul sub eadem voce comprehendimus. Distingui enim hæc nostræ causæ non interest, cum vbique alterius opera vtentis eadem pœna sit. Quando vero iustus, conductiones, mandata vno quasi fasce constringimus, tum talem prodire definitionem qualem suppeditavimus, concedent, qui harum rerum notionibus non destituuntur. Hallucinatus tamen est, quod mireris, SAM. STRYKIUS *l. c. n. 52.* dum omnia verba hortatoria et admonitoria et quævis aliæ, quæ desiderium patrandi ab alio facinoris continent, ad mandatum refert, simulque FARINACIUM contra stuentem erroris accusat. Provocat præterea ad sententiam Academicæ Francof. qua verba: *Wenn das mir passirt were, so hätte ich dem Kerl das Haus über den Kopf angesteckt*, pro mandato habita sint, sicque gladii pœna in cauponem pronunciata fuerit, cum post hæc verba domestica, per illa admonita, vere faces ædibus here subiecisset, et se nulla alia re motum, nisi ista excitatione, sancte adfirmasset. Erras itaque LUD. WÜRFEL in *Iurispr. civ. definitiva* qui §. 372, *Mandatum dicis pactum de negotio alieno nomine perficiendo*, erratis, quod pace vestra dixerim CAI. *l. c. §. 6. ff. et Sacratissime* IVSTINIANE §. 6. *I. de Mandato*, cum

B

dici-

dicitis: *si tua*, sc. Mandatarii, *gratia* (id e. vt tuo nomine geras) *interuenit mandatum, magis consilium est, quam mandatum.* De sententia Francof. KRESSIVS in *Comment. p. 645.* hæc habet. *Ego circa decusum quidem nihil notare volo in hac specie singulari, sed an omnia Collegia iuridica ita iudicatura fuissent, non possum definire.* Nobis aut toti fallimur, aut in casu excitato non mandatum sed consilium generale subfuisse videtur, de cuius poena infra disputabimus. Adhortationes, admonitiones aliaque recte separamus, cum FARINACIO & communi Doctorum adsensu, a mandatis easque potius consiliis infra adscribemus.

2. Mandatorem ea poena adfligi, quam meruisset, si ipse manu sua executus esset, non ea, quæ statuenda est in mandatarium. Sic filius, qui extraneum in necem patris subornat, parricidii tenetur, cum executor, si, nulla accepta mercede egit, homicidii simplicis tantum reus sit; sic, qui inimicum, submisso sicario, mercede conducto, interficit, simplex homicidium committit, occisor ipse vero assassinium. Non enim, quod per alium fecit, ipse fecisse putaretur mandator, nisi ita in eum animadvertetur, vt diximus. Hinc Praxis merito in conductorem sicarii, vt nudum interfectorem, præmediarum gladium, vltorem constituit, sublato simul corpore in rotam, executori vero ipsa rotæ confusione gulam frangit, CARPZ. *Prax. Crim. C. 19. n. 15. 19.* In parricidio speciatim VLPPIANVS nobis aduersari videtur, qui *l. 6. ff. de Parric. omnes conscios*, sicque eo magis mandatores, *etiam extraneos poena parricidii vult adficiendos.* Verum hæc non curamus cum Carolina nostra art. 137. specialem et atrociorum poenam non decernat, nisi in eos, qui adperunt *nabe gesippte Freunde*, quod cum in occisorem Hominis nulla necessitudine sibi coniuncti, sed a filio trucidandi submissum non cadat, nec hodie nostro iure peculiaris exceptionis Romanæ in hoc crimine ratio non habenda. Regulam nostram igitur nullis libitibus circumscriptum, adseveramus.

3. Tum si executor et mandator non sunt dissimilis indolis, mandatorem eam poenam experiri, quæ executori imminet, eam-

eamque regulam absque veris exceptionibus esse. Tunc enim cessaret ratio, quare poenarum invehremus discrimina. Exceptiones vulgo tradunt has:

- a) si executor fines mandati egressus est. Hoc casu distinguendum esse, docent, an mandator id, quod accidit, facile eventu esse prævidit ex periculo et lubricitate ipsius demandati negotii, aut secus. Ibi tantum totius executionis etiam a mandatore forsân non plane expectata, poenam in eum conferri, hic extra ordinem puniri volunt. *V. auctores supra citatos.* Non plane consentio ratione prioris casus, nam et hic aliquam accipi debere mandatoris excusationem *statuo.* Sed quoniam hæc disputatio magis ad doctrinam de directo et indirecto crimen committendi animo generatim, quam ad locum demandati pertinet, nolo ad hanc evagari. Potius id tantum moneo, perperam hic tradi exceptum casum, quo mandator levius castigetur. Non intercessit enim mandarum ad id, quod sequutum est, vnde nemo ita puniri potest, ac si id mandasset. Quoniam tamen illicita iussa sunt, et occasio factum eius, quod vere contigit, data est a mandatore, ideo punitur, licet levius, quam factum meruit.
- b) Si executor initio defugit ac declinavit mandatum, ita vt mandator diutius non insisteret, sed nullo accepto promisso, mandatarium dimitteret, postea vero, nihil tale cogitante, nec munito mandatore, tergiversator explet id, quod expetebatur, mandatoris in gratiam. Invenies hunc casum apud STRYKIUM *l. c.* Facile iterum cuique in aprico est, hic non tam veriti mandarum, quod immaturum ac imperfectum manserat, sed occasionem tantum expleti facinoris ad instigatorem referri posse.
- c) Si mandator ante expletionem avocavit mandatum a susceptore, is tamen nulla ratione habita resumtorum iussuum, nihilominus facinus perfecit. Hic eadem repetenda, quæ secundo in casu dicta.
- d) Si crimen est eiusmodi, cuius tota pravitas non potest com-

mode intelligi, nisi in executore quopiam, quorsum omnia venerea crimina. Sed ista exceptio a perpauca additur, differtis legum statutis aduersa et, quantum satis, confecta et profligata a BERGERO *l. c.*

- c) Si executor iam absque mandato crimen peracturus fuisset i. e. si proprio ac suo nomine illud mandatarius iam ante susceptum mandatum decreuerat, STRYC *c. l. n. 35.* aut, quia par est ratio ab alio iam idem mandatum acceperit, idque iam exsequi meditabatur, tum cum posterius mandato superueniret. Verum hic iterum genuina exceptio non est, cum hoc casu posterius mandatum aut mandatum propriis moliminibus accedens, vere non perficiatur, sed prius mandata propria executoris proteruia, quæ tantum alio accedente obfirmantur. Vnde leuior tantum poena de accedente sumenda est. Res ipsa est verissima.

4.) *Comprobando seu rati habendo* facinus iam peractum non oriri mandatum, nec poenam ut mandatoris. *Rati autem habemus*, si, quod nostro nomine gestum est, confecto negotio, gratum nobis declaramus. Habet ista declaratio in ciuilibus mandati effectum, ut adprobator aequè ac mandator nihil recusare, aut a se alienum putare possit sumtus aut oneris, quod a negotio gesto pendet. Verum in rebus ciuilibus onera suscipere possumus, quæcunque volumus, non æquè in criminibus et suppliciis. Hæc enim ad neminem pertinent, nisi qui criminum patratum causam sustinent. Nihil enim ad crimen attulit is, qui adprobat. Hinc omnes in eo consentiunt, adprobantes non ordinaria facti poena posse corripri. At an impune plane fert adprobationem? Non plane. Poena enim minantur *l. 1. §. 14 de vi & vi arm. l. 152. de R. l. c. 10. eod. in 6to c. 23. de Sentent. Excommunic. in 6to.* Poenam igitur mitiorem adoptant Iureconsultorum communia suffragia, et nos eam definimus, qua subrigendi sunt criminis participes, cuius ratio per se patebit *infra*, ANT. MATTHAEI *c. l. n. 14.*

§. X.

DEFINITIO CONSORTIVM IN CRIMINIBVS.

Plures auctores vnius criminis dicuntur *Criminis Consortes* (plures auctores, coauctores, correi criminis, socii improprie.) Hinc patet triplici etiam sensu dari consortes. Nobis ergo sunt: *plures, qui proprie nomine crimen produxerunt.*

§. XI.

INDOLES ET VTLITAS HVIVS NOTIONIS.

Iam poterit intelligi, cur supra antesignanos, partem tantum eorum exprimi dixerimus, quos nos auctores dicimus. Nam inter plures auctores possunt aliqui esse, qui perficacia, libidine, rabie alios superant, reliquos dirigunt, versant, vexilla quasi ferunt, veteratores, et spectata apud minus procaces malitia. Hos proprie antesignanos dicimus, reliqui tamen ideo non cessant esse auctores, quippe qui, quantum se fuit, ausibus nullis defuerunt. Si consortes criminis corpus, collegium, vniversitatem constituunt, oritur *Vniversitas delinquens*, de qua egit *Gundlingius* ad mentem *Grotii*, eleganti *Diss. de Vniversit. delinquente eiusque poenis*, Hal. 1724. De aliis *consortis*, vbi nullum adest collegium, commune fere omnium silentium, cum tamen magni momenti res sit, de his speciatim dicere, et eorum discrimen a *societatibus* criminum ostendere, cum tota Iurisprudencia criminalis eximia luce inde collustretur, nec fere exacte disputari queat de poenis eorum, qui vna cum aliis eiusdem criminis partem sustinent, nisi ista distinctio oculis animoque praesto sit.

§. XII.

DEFINITIO SOCIORVM ET EORVM, QVI PARTICIPES CRIMINIS DICVNTVR.

Qui non proprio nomine sed in auctoris gratiam delicti producendi dolo malo causa fit, dicitur *Socius*, Adiutor (*Adiustens*) Qui vero crimine iam patrato, dolo quid committit, quo criminosi poena et noxa sive damni restitutione liberantur, dici posset *Particeps criminis*.

§. XIII.

NOTAE AD DEFINITIONES.

Socius Ill. NETTELBLADT est l. c. §. 72. qui ad actionem alterius concurrat. i. e. qui ad determinandam actualitatem actionis alterius actione sua quid confert. Ill. EISENHARDII supra laudata definitio ita comparata, ut nescias, quomodo ab auctoribus sociis differant. In eo tamen laudanda, quod dolosum propositum requirat, melius quam SVRLAND l. c. qui quamvis culpam sufficere tradit. Verum, incommodum est socium adpellare, qui alium se habere nescit, cum quo in societate sit, id enim in nulla umquam societate contingere videmus. Alia quaestio est, an non is, qui culpa ad crimen alterius causam dedit, vel quicquam contulit, puniri possit, de quo infra. Prior vero definitio a nostra in eo distinguitur, quod per illam socius sit is, a quo in crimine patrato quicquid aliud praeter consummationem processit, nostra vero ex mente is, a quo consummatio delicti proficitur interdum socius esse, non auctor, quemadmodum etiam is, per quem non facta est consummatio interdum auctor dici possit.

Participum criminis noli indignari novitatem. Expressit hanc vocem verborum penuria. Attamen licet recenti ex officina adhuc caleat, tamen vere esse amplissimam et loquendi usus attemperatam, quilibet largietur. Quoties dicimus *das sich jemand eines Verbrechens theilhaftig mache.* Tum sane nolumus, quemquam in crimine ipso adstitisse, manum, opem, consilii copiam, ad exsequendum praebuisse, sed, gestis rebus omnibus, postea demum aut receptum dedisse, aut viliori pretio res per crimen domino suo ereptas coemisse, aut accepta mercede scientiam facinoris, et eorum, per quos commissum sit, clam tulisse &c. Unde nostri *Participes Criminum.* Ne autem bilem cuiquam commoveat inaudita vox, adeat atavicum Practicum PROSP. FARINACCIVM in *Prax. Crim.* §. 43. n. 31, ubi et sociorum et participum criminis vocem deprehendet.

§. XIV.

QVAENAM VARIA ESSE IN CONSORTIBVS NON REFERAT.

Cum ad scelerum consortium non requiratur, vt consors consummationi eius infervierit, patet consortem esse posse vario modo. Modo enim duo pluresve facinorosi, omnes aequae prurientes, aequae efferati, aequae temerarii auctores, coniunctis viribus, sed suo quisque impetu elatus, suum quisque lucrum spirans, suam denique causam sibi solus agens, hominem adoriuntur, trucidant, spoliant, noctu aedibus irrepunt, cista diuitiarum plena iniectis vndique manibus humeros onerant, abducunt, trahunt, diuidunt opima spolia. Habes consortes sceleris. Modo plures non edocti duram pauperiem pati, alio quaestuofo scelere se fascinant. Nummis cudendis et signandis volunt rem facere. Vnus eorum solus rei monetaria et metalla tractare, coquere, ac officinam nummariam exercere solus peritus, sed negationis minus intelligens. Reliqui, indefessi argentarii, non omni plane patrimonio destituti, vnde impensas operi faciundo deprostant. Dividunt ergo provincias. Ille cufor et signator, hi strenui metallorum, quibus officina eget, conquistores, lucri vero inde prodeuntis quisque definitam partem accipit. Omnes sunt consortes in falsarum monetarum crimine. Pone eosdem alium adhuc hominem in consociationem adsciscere, qui nec cudad, nec metalla contrahat et coquat, sed officina ac instrumentis, quibus opus est, instructus, haec commodet, aut saltem aedes, abditis recessibus, aut situ suo, qui illas ab omni hominum frequentatione seingit, occultis laboribus aptissimas concedat, eiusque indulgentiae pretium certum conquestus partem ferat. Non minus hic inter consortes criminis est. Sic itaque is, qui in ipso perficiendo et plene exsequendo delicto operam praestitit, is qui non ipse perfecit, sed perficienti modo necessario praesidio fuit, is denique, qui remotius et e minus quasi ad scelus ipsum accessit, res suas commodando aliove modo, consors esse potest, modo proprium sequatur in crimine cui accedit, commodo suamque rem agat, non aliis tantum subsidio futurus.

§. XV.

§. XV.

QVAE VARIA ESSE INTERSIT.

Confortes committendo ad delictum quidquam conferre oportet, non omittendo, tacendo, forsitan aut non impediendo. Posteriores enim etiamsi sui commodi causa non obstant aut manifestent, longe excusatius peccare reliquis infra apparebit. Ibi enim de sociis ostendemus, hos etiamsi mercede allectos, si committant nihil, sed nihil agendo tantum iuvent, poenam aliorum sociorum non mereri. Unde licebit ab his ad nostros confortes proferre argumentum. Caterum an ex compacto et conspiratione praevia, an in ipso scelere demum peragendo confortes sibi iungantur, multum interest. Priori casu, quoniam deliberato, praemeditato et consulto egerunt, et mutua quasi mandata intercesserunt, quisque eius, quod sequutum postea est criminis, poenas dat graviores, et plenissimas, quae umquam ipsam consummationem manent. Procul habetur ratio omnis mensurae, qua quisque auxilium operumve attulit. Posteriori vero casu et adfectus impotentia minuit poenam eius, quod vere a quovis patratum est, et nemo aliam quam suam culpam, luit. Non spectatur, quid ab omnibus simul admissum sit, nec id integrum et totum ab unoquoque profectum putatur. Potius quisque suas separatas habet rationes, ex eo aestimatur, quod a manu ipsius est, et, si hoc crimen plene absoluit, constituto in legibus et ordinario facti supplicio subdendus, alias si sceleris fines nondum attingit, licet alii ipsi iuncti attingerint, levius coercetur.

§. XVI.

EXPLICATUR ART. 148. C. C. C. DE CONSORTIBUS ET
APPLICATUR.

Hæc, quæ iam disseruimus, ut ex legibus, quas ipsa natura expressit, derivavimus, ita totidem fere verbis in Legibus nostris scriptis continentur. Pertinet huc *Artic. 148. C. C. C.* recondita sane sapientia referatissimus. Totus ille, quantus est, non agit, nisi de consortibus criminum, non de sociis et adiutoribus,

ribus, ad quod qui mentem non aduertant serio, ii omnes falluntur, et pereram articulum nostrum explicant. Nam si ad socios eadem applicentur, quæ ibi de consortibus dicuntur, principia maxime informia prodeunt. Abundaret etiam *Artic. 177.* si de coadiutoribus tam noster, quam hic articulus intelligeretur. Præterea digito quasi indice commonstrat IMPERATOR; quinam ii sint, de quibus verba facit, dum eos omnes, qui ad vnum crimen manus coniungunt, vocat *THÆTER*; *dieselben THÆTER alle*, addit quoque, *die EINANDER Hülff und Beystand thun*, qui mutua ope, mutuis consiliis, mandatis, scelestam factionem contrahunt, ita vt quisque certo modo princeps auctor et reliqui adiutores, hique iterum suo modo principes auctores ille socius dici queat. Multo alia est in *artic. 177.* verborum compages, ibi enim: *Von Straf der Förderung, Hülff, und Beystand der MissethæTER* et postea: *So jemand EINEM MISSETHÆTER.* Igitur hoc loco agitur de *Vno auctore*, cui adstant alii, tamquam *socii*, *von EINEM MISSETHÆTER, und andern, die Förderung, Hülff und Beystand thun.*

Nostrer articulus autem loquitur de pluribus auctoribus *von mehrern, die ALLE THÆTER sind*, nec quorum vnus princeps prauorum sit, in cuius tantum gratiam reliqui adiumento sint, sed quorum quisque simul spectari potest vt *auctor et socius die EINANDER Hülff und Beystand thun.* Iam videamus quid de consortibus criminum IMPERATOR statuit. Distinguit Is, an ex pacto et composito, data acceptaque fide, in facinus coeant, an forte fortuna in vnum locum delati, ibi ortis rixa, iurgii incalascitibus cerebris, per tumultum confurgatur, in vnum fiat imperus, spiritus intercludatur. De priori casu ita: *So etliche Personen mit fürgezetten und vereinigttem Muth u. Willen iemand bæslich zu ermorden, einander Hülff und Beystand thun, derselben Thæter alle haben das Leben verwürckt.*

Ex his verbis statim sub adspæctum cadit.

1. Ibi poni quemquam esse occisum, quia ibi sermo est de homini-

C

minibus, qui facinus atrox perpetrarunt *von Thetern*. Hocne-
mo it inficias.

2. Facto præcessisse conspirationem & conuentionem inter
plures.

3. Hos postea vt consortes ipsam cædem opera sua promouisse.

4. Non autem discerni, quis vere trucidauerit, mortiferum
ictum corpori infixerit, quis contra constrictum tantum tenuerit
occisum, vt plagæ commodius ingererentur, quis fores observa-
uerit ne elaberetur, quis armatus in excubiis fuerit, abacturus
eos, qui oppresso in auxilium occurrerent, quis gladium suum
saltim commodauerit, quo aptius feriretur, quis rixam modo
dicteriis aliisue iniuriis prouocauerit data opera quo inde causâ
et occasio certaminis, verberum et denique necis ipsius petere-
tur. Sed sufficere patet, omnes, vt conuenerat inter ipsos, ipsi
facto interfuisse, et sibi inuicem esse opitulatos, i. e. fecisse, quæ
ad scelus eo felicius exsequendum pertinerent, *dass sie einander
bey der That Hülff und Beystand geleistet.*

5. Omnibus his consortibus eandem mortis pœnam subeun-
dam esse. Id non iniuria. Licet enim vnus alterue forsân gla-
dio bene vsus non sit, licet signum tantum pugnæ dederit, occa-
sionem modo eius dictis factisue quæsuerit, eaque reliquis sub-
ministrata, hi, quod supererat, peregerint, omnia tamen in eo
deprehenduntur, quæ ordinariæ pœnæ locum faciunt. Adest
animus occidendi, nam ideo conspirauit; adest factum, quo cæ-
des illata est, nam impetu facto cecidit inimicus. Id vero par-
tim ope illius, de quo dicimus, partim eius desiderio, mandato,
cohortatione. Duplex igitur, ad eum referri potest auctoritas.
Auctor est eius, quod ipse fecit, auctor eius, quod reliqui ex suo
addidere. Iamquid hoc aliud, nisi ad verbum fere repetita sen-
tentia illa, quam superiori §. stabilimus. Transeamus ad reli-
quam articuli partem, cuius hæc sunt verba: *So aber etl. Perso-
nen ungeschicks in einem Schlag oder Gefecht bey einander wa-
ren, einander helfen, und iemand also ohne genug same Ursacher-
schlagen wird: So man denn den rechten Theter weiß, von des
Hand*

Hand die Entleibung geschehen ist, der soll als ein Todtschläger mit dem Schwerd zum Todt gestraft werden. Were aber der Entleibet durch mehr denn einen die man wußt, gefehrl. Weiß tödtl. geschlagen, geworfen und gewünd worden, und man kænnt nicht beweisl. machen, von wvvelcher sonderl. Hand und That er gestorben vver, so seynd dieselben so die Verletzung wie obsteht, gethan haben, alle als Todtschläger vorgemeldter massen zu dem Todt zu strafen. Aber der ander Beystender Helfer und Ursacher Straf halber von wvvelcher Hand obbestimter massen, der Entleibt nicht tödtl. verletzt worden ist; auch so einer in einer Aufruhr oder Schlag entleibt vvirtd, und man mächt keinen wvvisen, davon er (als vorsteht) verletzt worden vver, sollen die Vrtheiler bey den Rechtsverständigen und an Enden und Orten, vvie hernach gemeldet vvirtd, Raths pflegen, mit Eræfnung aller Umstände und Gelegenheit solcher Sachen, so viel sie erfahren kænnen; vvaun in solchen Fellen nach Ermessung mancherley Umstanden, das nicht alles zu schreiben, unterschiedlich zu urtheilen ist.

Hic tres distinguuntur casus.

1. Vbi cædes, per subito ortam rixam facta, pluresque vnum adorti sunt, ita et cogniti sint omnes, qui plagas ingererunt, aut saltim alio modo ipsi facinori suam quoque manum præbuerunt, præterea autem vnuseorum de quo constat solus mortiferum vulnus infligendo mortis vere illatæ causâ vnica est: So aber §c. zum Todt gestraft vworden, cui iniungenda verba: aber der andere Beystender §c. verletzt vworden ist.

2. Vbi in eodem casu plures, quorum nemo ignotus insanabili modo vulnerarunt, vnum tamen eorum, qui potest demonstrari, postremum istum lethalem infligendo vere spiritum sub vmbra mississe compertum est.

3. Vbi plures, qui omnes certi sunt, omnes quoque vulnera lethalia fixerunt, quis vero eorum vltima et validiori plaga animam in exilium egerit, non constat. Hi duo casus continentur verbis; Were aber §c. zu strafen, et tertius quidem casus disertis verbis memoratur, secundus vero tacite et intrinsecus.

C 2

4. Vbi

4. Vbi tumultui plures quidem interfuerunt, sed ignotum est, quinam eorum adorti sint hominem trucidatum, quinam vero plane se pugnae non immiscuerint verb. *auch so einer &c. verlezet worden vvaere.* Huic addendus adhuc fuisset casus,

5. Vbi plures iniecere manus, iique omnes non obscuro sunt, sed quaedam tantum vulnera in cadavere deprehenduntur mortifera, quaedam secus, nec constat, a quibus sint priora, a quibus posteriora.

Sed nescio quo fato casus hic plane silentio praetermissus fuerit.

Primo casu is tantum, qui vere morte adfecit, ut caedis reus, gladio, reliqui ut vulnera dando tantum peccantes mitius puniuntur *secundo* eadem distinctio repetenda, *tertio*, rigidiuscule quodam modo omnibus cervix frangenda ob caedis auctoritatem obscuram, *quarto* spectanda vis indiciorum, et quid per haec secundum regulas inquisitionum criminalium erui queat, horumque admodum aut supplicia applicanda, aut dimittendi innocentes, *quinto*, extra ordinem, quod dicunt, seu leuius omnes forent puniendi. Nunc quid nostrae inde sententiae salutis est? Est sane plurimum, patet enim nunc regula: *Vbi plures nulla precedente conventionne ad unum idemque crimen iunctim & simul tamquam consortes concurrunt, ibi quemvis id tantum luere, quod ipse fecit, id tantum aestimari, quod ex suo contulit, non vero quod eodem tempore ab aliis ipsi iunctis effectum est.* Cur enim *primo* in casu vni tantum caput praeciditur, in reliquis leuior saltem poena corporis statuitur? Nonne in iis est id, quod Doctores concursum proximum vocitare solent, et cui eundem effectum tribuunt, quam illi, quod in delicto vltimum est? Scilicet hic non agitur de sociis criminum, alias conclamandum esset de regula Doctorum, qua proxime concurrentem, eodem supplicio cum ipso eiusdem auctore comprehendunt. Agitur hic de consortibus, in quibus non spectatur, an delicto proximi fuerint tum, quum alii consortium ad fines eiusdem progredierentur, ut ideo viderentur et ipsi eosdem fines attigisse. Quaevis hic plaga ad suum refertur auctorem, tot quasi separata committuntur crimina, quot vni crimini homines inter-

ter-

terfunt; quorum sua cuique mensura ipsiusque gradus in se est. Depromptum hoc videtur ex l. 17. ff. de Sicar. vbi *PAVLLVS* si in rixa, inquit, perierit, ictus uniuscuiusque in hunc collectorum contemplari oportet. Eadem ratio secundi casus. Qui ad mortem usque vulneravit, ipsum tamen spiritum a corpore nondum disiunxit, necesse dici nequit, si alius superueniat, gladium denovo per medium corpus adigat, sicque fata præcipiter, inde mitius puniendus, modo suo nomine egerit, non eius, qui ipsam eadem statim addidit. Tertius etiam casus ad nostram sententiam aptus est. Omnes hic idem tenet supplicium, quia omnes ipsam necem perfecisse ac consummasse creduntur. Quartus, ut cuius apparebit, ad nos non pertinet. Quintum vero decidimus ad principia, quæ de consortibus dedimus, multo aliter decidendum, si ea, quæ de sociis valent, huc trahere voluissimus. V. *VET. MULLERI Diss. de homic. a plur. comisso.* Videtur sanctio Carolina repetita, licet non adeo genuine in den Neu-Münsterischen Kirch-Spiels Gebräuchen in Holfatia artic. 62. ap. Excell. IOH. CARL HENR. DREYER in der Sammlung vermischter Abhandlungen zur Erläuterung der teutschen Rechte und Alterthümer 2ter Th. Rost. und Wism. 1756. So ihrer viele auf einen geschlagen, und es wäre offenbahr, daß er an einer Wunde gestorben, und man wissen möchte, wer ihn geschlagen hatte, so soll derselbe, so selbige Wunden geschlagen, als ein Todtschläger darum gestraft werden, und die andern sollen die andern, die mit geschlagen, bessern; kan man aber nicht wissen, wer die Wunden geschlagen hat, davon der Verwundete gestorben, so seyn sie alle gleich schuldig, und sollen alle die, die geschlagen, als Todtschläger darum angesehen werden.

§. XVII.

REHICITVR EXPLICATIO KRESSII DE SOCIIS ET CONSORTIBVS, SI
 MVLT ET QVANTVM HI A SE DIFFERANT OSTENDITVR.

JO. PAVL. KRESSIVS in præclaro Comment. ad C. C. C. explicat articulum nostrum modo de consortibus §. 2. vbi adfert exemplum duorum ad vindicandam communem sibi illatam iniuriam

iuriam aliquem adgredientium modo, de sociis §. 3. n. 1. 2. ubi excitat exemplum hominis necem spirantis qui amicos ad locum facinoris peragendi adducit, eorum adiumento in ipso facinore vsurus. Hæc autem sunt eiusmodi, vt simul stare nequeant, nisi serpentes auibus, tigribus agnos, piscibus agros, fluminibus lepores iungere velis. Forsan putares magis esse similitudinis inter socios et consortes, qui pacto præuio animum ad scelus adiiiciunt, in his enim non spectari quantum cuiusque sit, sed is modo, promoueritne facinus, an non. Fateor propius ad socios accedere istos correos, non tamen plene his cum illis conuenit. Monstrabo itaque differentiam. Quoad socios distinguitur, an propius an remotius delictum adiuuerint i. e. effecerint, vt eo facilius in exitum deduci poterit. Quoad correos ita non distinguitur, sed hi, siue efficacissime et proximo ac præfenti auxilio adstiterint, siue e longinquo et facto, ab ipso crimine magno adhuc interuallo seiuncto; eosdem omnes habendi sunt loco. Aliquid tamen auxilii attulisse oportet, alias rigidam pœnam ægre merentur, tum scilicet, cum per alios consortes ipsum crimen persequutum est. Itaque enascitur nouum discrimen, inter scelera, quæ vnum tantum habent auctorem et quæ plures seu consortes. Vnicus enim si est auctor, is solo mandato esse potest, nulla præterea præstita ope. Plures si sunt, discerne, aut per socium aliquem, aut per consortem scelestum consilium implementum est, *ibi*, etiam si ad iussum tantum aut preces consortium facta executio, omnes tamen hi consortes atrocissimo et eodem supplicio dignissimi, *hic* solus executor ordinariam pœnam meretur, maiorem gratiam mandator, modo non constet, consortem, executorem adea, quæ ausus est, non fuisse progressurum, nisi alter confors, mandator, calcar stimulos animum addidisset. Supra vidimus, tradi a Practicis regulam: ordinariam poenam a nemine expecti mandatore, si crimen mandatarius iam absque mandato commissurus fuisset. Adde CARPZ. *Prax. Crim. Qu.*

4. n. 27.

§. XVIII.

PROBATVR HÆ DIFFERENTIA ET ILLUSTRATVR.

Vnde vero, inquis, ista distinctio? Ex ratione, inquam, et legibus. Si per consortem criminis sit implerum, is, quia rem suam agit, etiam si consortes non habuisset, a conamine non fuisset deterritus, ipsius itaque perfecti sceleris, in reliquis consortibus culpa sane non magna residet. Ipsam criminis perfectionem non adiuerunt, remoti a loco, ubi id perfectum est, et ignari forsitan rei, tum, quum gereretur. Nullo itaque re modo in vitio sunt, nisi, quod pacto nefario inito scelestum animum, s. quod practici dicunt, conarum remotum prodiderint. Lex etiam nostra a consortibus requirit *Hülff und Beystand*, quod supra vidimus. Hinc dubium non est, absque quibusdam suppetis consortem plene non intelligi. Hæc eadem præcipere patet SPEC. SVEV. cap. 219. edit. SCHILTERI in *Thesauro Antiq. Teuton. Tom. II. p. 128.* Ibi enim de consortibus sermonem esse ostendunt verba principii: *Ratet ain Mensche dem andern daz ez stele und spricht also: Gank hin, und stül dem das Gut und bring mirz, und gib mirz halberz, ich will dir ez behalten, und er tut daz und daz Gut wird begriffen in jenez Gewalt dem ez da empfohlen ist, und ist er mit besprochen, wie soll man daz richten?* Tum responderur: *Vor GOTT sint sie baide schuldig, vor den Lüten, wird mit einander ain schuldig,* (sc. qui furtum executus est absque ope alterius ordinaria poena solus adicitur, alter vero consors secus.) Nisi opem etiam tulisse alterum probari posset. *Spricht er aber (executor) er (consors qui furtum mandavit) sei sin Gefelle davon, ider hiezzez in stelen, und er empfüle ez ihm, und sint sie unbesprochen beyde gewesen, so muz er Gott scheiden mit Kampfe unter ihn.* Magis adhuc recedit IVS LYBECENSE apud IOACH. LVCAS STEIN in der *Einl. zur Lübec. Rechtsgel. p. 431. §. 385.* *Dass wenn jemand todt geschlagen von zweyen, dreyen oder mehr, so viel ihr begriffen und, wie recht, nicht verwunden dass sie in der That mit gewesen, alle dieselbigen es bessern sollen mit ihrem Leibe, (Corpore luant e. non vita) Exa-Etius ad Carolinam attemperata est ORD. POLIT. MAGDEB. c. 66. §. 8. hatten*

hatten aber ihrer viele einen im Anlauf oder Hader zu tode geschlagen, und man köente nicht wissen, aus welches Verwundung der Verstorbene unkommen; so soll diesfalls fleißige Erkundigung des Thäters wegen eingezogen, und da wider einen indicia zur scharfen Frage verhanden sein mächten, soll wegen der Tortur Erkenntniß eingebolet werden, sonst ober sollen sie mit der Tortur nicht belegt, vielweniger am Leben gestraft, sondern in wilkür. Geldbusse, Gefengniß oder Verweisung, neben Erstattung der Gerichts-Kosten vertheilet werden, iedoch da sich befünde, dasß etl. nicht mit zugeschlagen, sondern unschuldig waren, genießen dieselben ihrer Unschuld billig.

Exemplo rem declaremus. Pone tres milites pertæfos Præfecti sui tyrannidem et verberum imbres quotidie tergo, incudis in modum, infusos, tandem in huius exitium desperata concipere consilia diemque facto statuere. Ita consortium placuit, vt, quisquis ipsorum prior eo die sceleris occasionem haberet, manum iniiceret, trucidaret. Vni in angustiis deviis præfectus fit obuiam, gladium corripit miles, caput præfecti ira diminuit, vt vno actu vita cum sanguine fundatur. Solus est cædis reus, reliqui conatus remoti ad eadem tendentis. Sed omnes tres simul et iunctim constituerunt, destinata exsequi. Statuto die duo citius accincti adeunt tertium, atque vt comes sit, monent. Is vestes tum demum conquirat, sicque amiciendo extrahit. Reliqui furis agitati nolunt diutius opperiri, linquunt itaque moras neccentem, et ad facinus, ne elabatur occasio, soli properant, et ruunt, alter vero eant, eant, inquit, et inactive sint animi, se statim et in tempore superuenturum. Paullo post vestitu posito, ipse quoque gladio circumdatus aduolat in vestigia reliquorum, et in locum, vbi patrandum est scelus, se penetrat. Sed eo ipso momento, quo accurrit, iam exspirauit præfectus. Duo priores cæde tenentur, tertius conatum tantum admisit propiorum, non proximum. Pone tertium cum duo reliqui præcurrerent, vni eorum, vt res eo melius procederet, commodasse scloppum minorem (eine Pistole) glande et puluere, quantum faris, onera-

oneratum, eoque instructos dimisisse seque secutum promississe. Cæde a prioribus peracta, siue selopo secum sumto vli sint, siue non, siue in tempore adhuc superuenerit tertius siue secus, mortis supplicium meruit idem, quod reliqui. Adiuuit enim, licet remote. Pone nostros sceleris architectos non ipsos cædem vel se perficere, sed conducere alium, forte non militem, collata inter se pecunia, aut saltim hunc, vt communem amicum et trucis animi hominem, exorare, vt tergis amicorum adeo saepe exosatis, morte præfecti parentare promittat. Is vero interficit præfectum. Omnes tres eodem adficiendi vltimo supplicio. Mandati enim auctores sunt.

§. XIX.

DE REPENTINIS CONSORTIBVS SPECIATIM AGITVR, ET AN HI
A SOCIIS DIFFERANT, EXAMINATVR.

Repente facto congressu, fateor, exiguæ aut nullius esse utilitatis inter consortes aut socios distinctionem. Ibi enim deliberandi spatium non datur. Suo quisque potius sensu et impetu agitur, quam alieni nominis gratia mouetur. Vnde in his casibus aliter, quam in articulo nostro, nunquam fere poenas æstimari posse censeo. Ad socium criminis semper quædam præmeditatio accedat, oportet. Spectat huc, vt credo KRESSIVS ad art. 277. vbi ait: *Qui opem fert, tum demum ordinaria poena adficitur* (seu ipsi, vt socio proxime concurrenti, criminis plena consummatio imputatur) *si in ipsa delicti executione suppetia late.* Debet tamen *CONSULTATIO* quædam socii cum executore præcessisse.

Quæri igitur potest in delictis per repentinam concitationem admissis, qua poena corripendi sint ii, qui non quidem in perficiendo crimine recta via operati sunt cum aliis; attamen alio modo illud aut adiuerunt, aut promouerunt. Quæ enim est poena eorum, qui v. g. orto certamine subito in lusu aut galea aut inter pocula armis neminem inuaserunt, neminem vulnerarunt, attamen gladium pugnantibus præbuerunt, excubias egerunt, strenue dimicantes magis concitarunt, cohortati sunt, mandarunt cædem

D

dem

dem, constrictum tenuerunt eum, quem plagis accipiunt alii? Non decisa hæc sunt per articulum nostrum. Puto hos numquam subesse ordinario supplicio licet præsentis intercessione illud mereri videantur. Non enim absque ratione eorum non iniectam esse mentionem ab IMPERATORE, sed hos tantum memorari, qui ipsi vulnera dederunt. Voluit scilicet reliquos arbitrio iudicis relinquere, qui leuiorem, et pro rerum rationibus temperatam poenam irroget. Suadet id quoque ipsa rei natura. Est enim res difficilis iudicatu, in tanta concitationum effervescentia et intemperie factique strepitu, an ista cohortatio, iste iussus, aliaque, multum parumve ipsi crimini profuerint, nec ne. Iudex, hæc meditatus non potest non rerum incertitudini hic aliquid dare. *IO. IVL. SVRLAND. l. c. §. 64. de conspirationibus hæc habet: concurrere eos proxime ad crimen, qui societatem criminis contrahant, i. e. qui prævio pacto ad delictum aliquod conspirant. Pergit §. 68. hoc pactum vel generale esse vel speciale prout in certam personam ledendam directum vel non, generale non tam atrox esse, quam speciale, quod adeo poena ordinaria dignum faciat socium, quæ sententia tamen cum grano falis intelligenda sit.* Puto, nos hoc granum falis adhibuisse, idemque granum falis nobis monstrat, parum remanere inter pactum generale et speciale differentie, ubique enim adplicanda leuior castigatio. *KRESSIUS ad art. 177. inter socios refert, eos qui sceleris societate s. pacto inito concurrunt, quomocunque eosque ordinaria poena teneri ait.* Sed hic nihil de grano falis.

Cap. III.

DE SOCIIS EORVMQVE POENA.

§. XX.

DIVISIONES SOCIORVM.

Satis puto dictum de consortibus. Vtlius forsan adhuc proferri potuisset hæc doctrina, sed sufficit nobis fundamenta eius iecisse, quæ alii forsan ornabunt melius. Si quædam in illa hinc inde desideranda sint, meliora edocere optamus. Nullibi excipimus

psimus nostra, ab expilatione aliena hereditatis plane liberi. Unde mirum foret, nisi lapsi essemus aliqua parte. Socios vulgo distinguunt in eos, qui committendo, s. quod vocant *positivæ*, & eos, qui omittendo s. *negativæ* ad crimen faciunt. Verum istam distinctionem intra adgrediemur labefactaturi. Non videtur enim e regula, omittendo socium fieri. Hinc omnes non nisi commissa socios faciunt. Committentes hi socii commode duplici modo possunt discerni. *Primo* enim alii animi tantum actus ad crimina aliorum adferunt, seu *consilium dant*, alii corporis actibus crimina aliorum promouent, seu *auxilium ferunt*. *Deinde* alii *proxime* alii *remote* ad aliorum scelera accedunt, prout id, quod afferunt delicti commissi est causa sufficiens tale, vt præter illud ad ipsam criminis executionem parum adhuc requiratur aut secus. Hinc ita definio. Socius animi actus ad crimen afferendo aut remote aut proxime accessit, ibi dicitur, *consilium generale*, hic speciale, dedisse. Sicut etiam corporis actibus promouendo crimen vel remote vel proxime concurrat, ibi est *auxilium remotum*, hic *proximum*. Voces hæ omnes familiares practicis, licet non eiusdem iis sint ambitus. Consilium enim et auxilium illis tantum pars sunt eorum, quæ quis ad crimen conferre potest. Nil vero vulgarius, quam remoti ac proximi concursus denominatio. IO. GVIL. SVRLAND l. c. §. 11. ita: *Concursus proximus est, qui sufficit ad pœnam ordinariam, i. e. talis sine quo vel prorsus non vel admodum difficulter crimen ipsum in effectum deduci potuit, remotius est, si secus se habet.* IDEM §. 18. *Consilium speciale est, sine quo delinquens peccaturus non fuisset.* IO. HENR. BERGER in *Elect. Iur. Crim. Cap. I. §. 4.* discernit auxilium remotum, quod vel fit ante delictum, vt, si quis reo arma, equum, famulum, scalas, ferramenta commodauerit, nec tamen adfuerit delinquenti in flagranti crimine; vel fit in delicto, vt, si quis in excubiis steterit; et proximum s. cooperatiuum, vt, si quis attinuerit, cæciderit, effregerit, aut præbuerit sinum in represententi, i. e. adstiterit armatus terrendi causa et defensionem occisi in ipsa lucta armis prohibuerit aut eliserit, CHPH. BLYMELACHER

ad Art. CCC. 177. hæc habet bellaria: Pro auxilio autem proximo hielte ich in solchen Fall, wenn der Thater, die er unzubringen trachtet, bereit vor seinem Gesichte hette, oder an selbigem Ort, wo er die That vollbringen vvolte, sich befinden thate; wenn nun in sothanen Fall iemand dem Thater Waffen, Pferd, Diener oder Behausung zur würrcklichen Vollbringung der That darbioten, oder auch würrcklich commodiren und leihen thate: so thate er meines Erachtens ein auxilium proximum præstiren, und würde demnach der Lebens-Strafe eben so vvol unterworfen seyn als der Thater selbst. Pro auxilio e contrario remote schreibe ich, wenn der Thater seinen Gegensacher noch nicht vor sich gegenwertig hatte, sondern denselben erst ex intervallo aliquo oder über eine Zeit anzutreffen und vollends unzubringen Vorhabends wäre, denn es kan ihme den Thater unterdessen noch ein Revv ankommen, also daß der Helfer oder derienig, der ihme anvor hierzu Waffen, Pferd, Diener oder Behausung subministrirt nicht poena ordinaria, sondern extraordinaria zu strafen. Nach der Const. Imp. Ratisb. d. a. 1549. §. 40. muß ein Scribent, der sich Fehd- oder Absagbrief zu schreiben gebrauch lassen, wenn er auch in der Execution der Fehdbriefe nicht weiters cooperiret, eben so vvol als der Principal-Thater hingerichtet werden. Wenn einer jemand feengt und aufhalt, auf daß der selb inittels von seinen Gegensacher tödtlich geschlag werden kan, oder wann einer in dem Streit selbst des angegriffen, Defension mit seinen eigen Waffen hindert, so ist das ein auxil. prox. und der Helfer ist mit der ordinären Strafe zu belegen. MATTH. STEPHANI in Comment. ad eundem art. 177. distinguit: an ante delictum, an in delicto, an post delictum commissum auxilium feratur, & in primo ac secundo casu, utrum proxime an remote. BENED. CARPZOV. loco sæpius citato quest. 87. n. 17. hæc ait: *Etsi expeditum non sit, quodnam auxilium causam immediatam det furto, recte tamen hoc illud esse arbitror, sine quo quis delictum vel omnino non, vel non facile potuisset committere, & efficere, seu quod quis præstando ipsemet furtum facere videtur.* Hinc patet nil minus quam concordiam esse inter Iureconsultos, quando

quando de proximo et remoto adiumento philosophantur. *Alii* fundamentum distinctionis a necessitate petunt, qua id quod socius adfert a delicti implementum requiritur, vt SVRLAND. Verum hic mira obscuritas est, quia non intelligitur, quidnam eorum quæ ad crimen a sociis collata sunt, fuerint necessaria, quæ secus. *Alii* a tempore desumunt, quo adiumentum præstitum, vt BLVM-BLACHER. cui itaque auxilium remotum est, quod multo ante crimen peractum præstitum proximum, quod secus. Id non difficile intellectu, et optimum foret, si genuinum. Sed infra apparebit in tempore, quo subsidio venit socius, nihil momenti positum esse, et ambiguum tamen, quodammodo manet, quidnam fiat multo ante executionem, quid non. *Alii* in varietate actuum ad quos in crimine patrando adiumentum accedit, discrimen quærunt. His proximum auxilium est, quod committendo adfertur ad ultimos actus in crimine patrando suscipiendos remotum, in quo hæc secus sunt. Huc pertinet BERGERVS. Hic ad nostram definitionem proxime accedit, quoniam tamen eius descriptio corporeos actus tota redolet, maluimus eam ad maiorem euehere generalitatem. *III.* EISENHARD l. c. §. 17. distinguit inter *auxilium directum et indirectum*, quorum priori media ad exsequendum delictum promouentur, vel impedimenta eius remouentur, sed non video, quid in hac distinctione sit salutis. *III.* EISENHARD sequentibus addit, directos auxiliares indirectis esse peiores, quod nescio. Caterum moneo, ne quis obscuritatis nos accuset aut mentem nostram perperam interpretetur cum supra dictum sit, proxime concurrere ad delictum, vbi tantum adlatum a socio, vt præter illud parum ad ipsam executionem requiratur. Nimirum nolimus dicere, proxime accedere socium, si sine eo quod adfert, delictum non fuisset admissum. Id enim temerarium foret adseuerare de vlllo subsidio, a socio præstito. Omnia ita comparata sunt et auxilia et consilia, vt et sine iis forsitan alio modo idem scelus nihilominus perfectum fuisset. Lubricum est hic quidquam adfirmare cum certa persuasione. Vnde a verruncanda potius esset tota distinctio proximi et remoti,

si alia eius non haberemus fundamenta. Illud vero facilius ac certius iudicatu, an præter id, quod socius contulit, multum adhuc remaneat, quod ad executionem requiratur. Forſan tamen hoc idem, ſi iudicatu facilius, fluctuans et vagum nonnullis videbitur. Vera eſt accuſatio; ſed circumſpectis rebus omnibus vix eſt quorſum te vertas alio, ſi legibus ac menti JCorum rem accommodare velis. Definitio in ſe exacta eſt. Quicquid vagi habet, infra ſigetur, cum per ſingulos actus determinabitur, quinam remoti ſint, quinam proximi.

§. XXI.

OMITTEDO IN REGVLA NON FIERI SOCIVM OSTENDITVR.

Omittendo etiam fieri ſocios ſeu ſaltem eos, qui omittedo efficiunt, vt crimen committatur, poenam ſuſtinere, penis coercendam multi tuentur. Ill EISENHARD ad ſocios refert §. 26. eos; qui delictum futurum cuius ſcientiam habent non revelant. §. 20. autem eos, qui cum impedire poſſent & ex peculiari obligatione deberent, tamen non impediuerunt. Cel. ENGELHARD §. 74. ſq. derjenige begehret ein Verbrechen, welcher Wiſſenſchaft hat, daß andere eines vorhaben: wenn er es nicht entdeckt, ſondern verſchweiget. §. 75. Wer weiß, daß ein Verbrechen begangen worden und es nicht anzeigt, begehret ein Verbrechen, nicht nur ein Bürger in der Stadt, wo das Verbrechen begangen worden, ſondern auch ein Fremder, wenn er ſich in der Stadt aufhält §. 76. Wer den Thater eines Verbrechens weiß und nicht anzeigt, begehret ein Verbrechen. §. 85. Auch derjenige, welcher ein Verbrechen nicht hindert, da er es könnte, macht ſich deſſen theilhaftig und verbricht. §. 86. Wer ein Verbrechen bloß zulezt, dem kann kein Theilnehmung daran, und ſolglich kein Verbrechen zugeſchrieben werden. Ill. NETTELBLADT l. c. §. 78. negat, ſocium fieri non prohibendo, non obſtando, attamen addit, §. 85. imputari poſſe actionem alienam ei, qui non prohibuit, reſtitit, manifeſtavit, cum prohibere phyſice et moraliter poſſet, obſtare poſſet et deberet, manifeſtare potuit, tali, cui facultas erat, actionem impediendi. Contra ea HVGO GROTIUS l. c. §. 2. ſociis adnumerat

rat

fat eos, qui cum ex iure proprio dicto teneantur vetare, non vetant, aut cum teneantur ex simili iure opem ferre, iniuriam patienti non ferunt, qui non dissuadent, cum dissuadere debeant, qui factum reticent, quod notum facere ex iure aliquo tenebantur, qui impedire potuerunt, et ad impediendum obligati specialiter fuerunt. Addit Perillustr. COCCEN in Not. ad §. 1. p. 582. in fin. Qui omittunt, quod facere debent. GROTIUM hic perfectissime Spoliant PVEFENDORFIVS et THOMASIVS. ANTON. MATHEI in Tr. de Criminibus in Proleg. Cap. 1. p. 17. regulariter, inquit, is criminis reus non est, qui non indicavit impeditue. KRESSIVS ad art. 177. p. 656. ait, qui non impedit delicta, ideo non punitur, et p. 661. Non revelans crimen futurum, quod scit imminere, non punitur, nisi sit concivis. Ex his intelligitur in tres partes diuidi Iureconsultorum sententias. Quidam omnem, quocumque modo crimini obsistendi neglectum in vitio ponunt, quidam quasdam omissionum distinctiones statuunt, quidam denique omitendo nihil in se vnquam peccari tradunt. His postremis merito subscribimus. Virtutis, fateor, et officii imperfecti est, propulsare ab aliis, quæ nocent, illiberale ac quouis ingenuo homine indignum facinus est, aliorum periculis non moueri, et vel infami gaudio ad horum ruinam vel illepidam ignauiam ductum nihil plane impedimenti sceleri obicere. Non iniuria itaque CICERO de Offic. L. I. Iniustitiæ, inquit, duo sunt genera: vnum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab iis, quibus inferunt, non propulsant. Nam qui iniuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus violenter videtur adferre socio; qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ, tam est in vitio, quam si parentes aut patriam aut amicos deserat. Verum hinc nulla enascitur iuris obligatio. Natura præceptum est, neminem cogi posse ab aliis, sicque ciuilliter nullum teneri ornare alium beneficiis, seu iis, quibus destituitur egetque, bonis. Egregie hæc ita pronunciat III. NETTELBLADT in System. Elem. vniuers. Jurispr. natural. Edit. priore Tom. II. p. 1. §. 36. Quilibet obligatus

gatus est, ut perfectionem alterius promoueat, hoc est, augeat eum bonis, quibus destituitur, quatenus in sua potestate est, nec alter ipse potest, et quilibet ius habet hoc ab aliis PETENDI NON VERO AD ID EOS COGENDI. Cui respondet recentior Editio, quia nihil ibi hac in re muratum apparet. V. P. 2. L. I. §. 26. Sin hoc, et defendere alium ab iniuriis beneficium est, ut, esse, nemo negabit: nemo sane ad supplicium trahendus, qui officio defuit. Non enim ciuilibus pœnis obnoxium est, virrute caruisse. Plane nostrum ad sensum *Ill. GEBAYER c. I. S. I. §. 13.* Quale crimen est, inquit, vidisse tertium agentem, imò siluisse quod ad nos nihil pertinere videtur. *Attamen ubi id accidit in facto, quod leges ciuiles et status reipubl. in primis detestatur, grauis pœna pro rerum circumstantiis subsequitur, vti in crimine desertionis blasphemie, duelli et reliquis obseruamus.* Et, ne forte quem mordeat scrupulus, nihil hanc ad causam Legibus nostris est exceptissus. Non negamus, posse Leges ciuiles naturalibus præceptis contraria statuere, ut apud Spartanos et Aegyptios factum fuisse, nouimus, sed nostra saltem iura hic a naturæ legibus latum vnguem non recedunt. Prostat in Codice Iustiniano integer titulus: *Vt nemo inuitus agere vel accusare tenetur.* Apertissime L. IIX, §. 1. ff. de furtis *VLPIANVS. Qui furem,* inquit, *no- rit; siue indicet eum, siue non indicet: fur non est. Cum multum intersit, furem quis celet, an NON INDICET: qui nouit, furti non tenetur, qui celat hoc ipso tenetur.* Ad hunc locum *BRVNEMANNVS* in Commentario n. s. *Vnde probant, non teneri aliquem indicare furem iure ciuili.* Licet vero iure canonico fecus censendum putes, non videtur tamen hoc a iure ciuili differre. Plane enim ad ingenium iuris Romani *AVGVSTINVS* in *Decreto c. 14. c. 22. q. 2.* ubi non prodere maleficum, ut subtrahatur suppliciiis, quæ meruit, illicitum haud esse, vetitum contra, interrogatum scientiam inficiari, aut a iudice quæsitum reum tectum domi secum habere, palam iudicat, hanc interferens causam: *aliud esse mentiri, aliud verum occultare; aliud falsum dicere, aliud verum tacere.* Plura argumenta tradit *ANTON. MATTHEI l. c.* qui hanc sen-
nam

nam plenissime instruit, simulque ad aliorum oppositiones respondet.

§. XXII.

LIMITES ET EXCEPTIONES REGVLÆ TRADVNTVR.

Sed cautissime hic incedendum, ne ad errores trahatur verissima regula. *Primo* monendum esse hic tantummodo regulam, quæ, ut pleræque, non caret exceptionibus. *Deinde omissionem* intelligi meram et solam nulli commisso nefario immixtam. Si quis enim pretio accepto sicque mercede conductus ignorantiam præ se fert, si quis a iudice interrogatus, sibi de delicto quidquam compertum esse neget, cum tamen notissimum ipsi sit, si quis per officii rationes ad puniendum, ad manifestandum, ad impediendum adstringitur, nec muneris partes explet, non nudus est omissor, sed officii simul transgressor, aut turpis lucri quæsitor, aut mendax nefarius atro carbone notandus. Puniantur inde magistratus, si adulterinos nummos a civibus suis impune cudi patiuntur *C. C. art. III.* crimen sustinet dominus, si seruum a lædendo non avocat *l. 45. ff. ad L. Aquill.* et hoc non incommode ad omnes eos extenditur, qui lædentem iussibus suis subiectum habent, debent enim imperio hoc ita uti, ut incolumes sint alii, peccat civis, si, incendio in vrbe exorto, sibi que viso non statim rumores per urbem spargit, ipse accurrit, aliosque ad restringendum clamoribus conciet. Probe *AVGVST. LEYSERVS* *Medit. ad Pand. Spec. §. 41. m. 5.* *In ciue, inquit, suppetias ciuitati incendio laboranti ferre, perfectissimum officium est, extraneus vero, imperfecte solum obligatus, incuriam talem impunem feret.* Auxilii enim peculiaris necessitas a vi iuramenti ciuici in ciue arcessenda est. Ad exceptos casus referendum.

1. Crimen læsæ Maiestatis aut potius perduellio per *l. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Maiest.* in hoc silentium pro crimine est. *V. NIC. HERON. GVDLINGII Singularia ad L. Iul. Maiest. itemque de silentio in hoc crimine. Hal. 1721. cap. 3.*
2. Crimen falsæ monetæ vbi non prohibuisse, sceleris loco habetur *l. 1. §. 9. ad L. Corn. de Falsis.*

E

3. Par-

3. Parricidium, ubi frater etiam, qui fratris scelus indicando non prapediit, poenam experitur *l. 2. §. 6. ff. ad L. Pomp. de Parricid.*
4. Socordia serui dominum non defendentis, *l. 1. §. 18. l. c. de Icto. Silan.* quod folis seruis Romanis conuenit, nemini hodie.
5. Militis præpositum non defendentis ignauia *l. 6. §. pen. ff. de re militar.* quod forsan nec hodie ratione et vsu destituitur.
6. Blasphemia in qua omiſſa delatio ad iudicem criminis instar est per *R. I. V. Rev. Polit. d. a. 1548. Tit. 1. §. 4. 5. & d. a. 1577. Tit. 1. §. 2.*

§. XXIII.

EXCEPTIONES SPURIAE.

Scio, nonnullos hunc criminum exceptorum indicem multis augere aliis exceptionibus v. g. homicidio ubi excitant. *c. 6. X. de homic.* infra pluribus excutiendum, in quo Pontifex provocat ad Dictum Sacri Codicis: *Qui potuit hominem liberare a morte, & non liberavit, eum occidit.* Sed cum hoc pietatis præceptum in Pontificis Epistola ideo tantum memoretur, ut appareat aequitas poenarum auxiliatoribus irrogatarum; patet, nil ex hoc loco exceptionis posse deriuari. Alii huc referunt raptum, ob dispositionem Iustinianeam *l. vn §. 2. C. de Rapt. Virg.* verum hic per confcios et ministros veros adiutores, indicari facile intelligitur.

§. XXIV.

DISTINCTIO EORVM, QUI CRIMINI FUTURO NON OBSISTVNT, AB IIS, QUI PERACTVM NON INDICANT IVDICI.

Id etiam monendum videtur, nos locutos tantum esse hætenus de iis, qui crimen, adhuc patrandum, omittendo non impediunt, non de his, qui crimen iam perfectum postea non indicant. De his enim alia quaestio. Attamen hos in regula criminosos non putandos, amplissime demonstrat, *Vir non sine Veneratione nominandus* IUST. HENNING BOEHMER in *Diss. de Oblig. ad reveland. occulta.* Cui regula si per leges prouinciales derogetur interdum; tamen inde argumentum non existimo valere

re

re ad sublatam priorem etiam regulam, qua a criminis societate vindicantur, qui omifere, quæ ad scelus auertendum pertinere videbantur. *ORD. POLIT. MAGDEB. cap. 66. hæc statuit von Strafe der Todtschläger und Duellanten §. 1. Wenn sich eine Entleibung begeben, sollen nicht allein alle und iede des Orts Land- und Stadt-Knechte, sondern auch ein ieder Untertan, Angehöriger oder Verwandter, so der Sachen beygewohnt und solches gesehen, bey seinen Pflichten und Eiden, damit er uns verwandt, schuldig seyn, zu befördern und zu verhelfen, daß der oder die, so an solcher That schuldig, durch die Obrigkeit des Orts, oder wer dessen dem Herkommen nach, Befehl hat, zur Haft gebracht, und fænderliches Recht über ihn oder sie ergehen möge, und da dieneuigen, so bey der Entleibung gewesen, den Thater vorsetzlich entkommen lassen werden, sollen sie nach Gelegenheit des Standes auf rechtliches Erkenntniß, von jedes Orts Obrigkeit, welchen die Ober-Gerichte zustehen, bestraft werden.* Non puto tamen ideo eos omnes supplicio subiici, qui eadem imminentem non impediuerunt, animo forsân aut vigilantia ac sedulitate destituti. Magna enim adhuc inter hos, et illos, de quibus lex loquitur, dissimilitudo; quam quis facile peruider. Probe tamen hic obseruandum id, quod iam cit. *ANT. MATTHAI & KRESSIVS ll. cc.* monent, omnes eos, qui vel specialem ob exceptionem vel aliis ex causis, supra datis, intermittendo peccant; non ea adfici poena, qua exequutores criminis, cuius illi conscientiam habuere, quemadmodum supra diximus, eos qui in consortio criminis sunt, si præter lucri communionem, nil sceleris committunt, a poena criminis ordinaria liberari. Omittentis crimen, si unquam crimen est, indole iam sua commissionibus aliorum numquam æquiparandum, sed semper minus nefarium est. Is enim, qui committit, non omittit solum, quæ negligi non debebant, sed præterea in contrariam partem facit, quæ numquam fieri oportebat, qui intermittit, prioris tantum reus est. Eam ob causam tradunt Philosophi concurrentibus lege præcipiente ac prohibente ita, vt vtrique simul obtemperari nequeat, parendum esse posteriori,



ri, quoniam hæc validior, cum, priori impleto, non solum non pareretur prohibitioni, sed etiam contrarium et e diametro oppositum factum ederetur, posteriori vero si obsequaris, nil peccas, nisi quod non pareas V. CHRIST. de WOLF *Instit. iur. Nat. & Gent. §. 64.* Idem sibi volunt leges. Magistratum, qui monetæ falsariis conniuet, iure monetandi in poenam tantum privant, quæ poena mitior omnino foret, si falsariis æquales iudicarentur. Frater, fratris parricidium non prodens relegatur tantum, cum tamen ipsius parricidii, poena capitalis sit. L. Cornelia non nisi arbitrariam poenam sancit generatim, sicut et reliqui casus sententiæ nostræ non refragantur. Erit ergo forsan tacentium et non impediendum ea poena, quæ alias ob remotum auxilium infligitur.

§. XXV.

QUIBUS IN CASIBUS CONSILIVM SVBSIT GENERALE AVT SPECIALE.

Consilium generale datur generatim si eo, quod in animum alienum transfundimus, non impensius extimulatur, siue, vt cum philosophis loquamur, *motiuis & stimulis pluribus immediate non oppletur, inde*

1. Dum nuda cogitatio ac notio criminis adhuc cuidam ignoti aut verbis aut factis aut imaginibus etc. animo eius insinuat.
2. Dum sine adiectione eorum, quæ stimulos addere queunt animo, crimen generatim alicui *suadetur* vel *consultitur* i. e. ei bonum et vile fore, declaratur aut *commendatur* i. e. ipsi edicitur nobis gratum fore, si fiat. Consilium speciale est generatim, si valentius excitatur ingenium, pungitur, agitur, et ad crimen quasi trahitur nostra oratione aut factis, seu luculentius, motiuis & stimulis pluribus compellitur. Inde:

Suadendo aut consulendo, ita, vt media ac via, quibus crimen tam inchoari, quam consummari possit, ostendamus, dubia et scrupulos animo eximamus, reluctansem virtutem et pietatem opprimamus, aut adeo factum cum virtute stare posse, probare nitamur.

nitamur, poenā tantū mali non inesse, quantum forsan vulgo videatur; prædicemus, quō pacto ea euitari queat, aut fuga, aut periurio, aut sublatis delicti vestigiis ac indiciis, aut, corrupto iudice, demonstremus, receptum rerum aut ipsius criminosi et quamcūque opem post crimen commissū nos adluros esse promittamus, omnia argumenta, quibus quis ad crimen perueniri possit, per singula eundo enumeremus, exaggeremus, amplificemus, exempla aliorum aut nostrum, quibus feliciter cessit improbitas, ob oculos ponamus, adfectum commoueamus, effulse laudemus facinoris ausus futuros præmia, aut iam antea demus aut saltem post scelus finitum nos certo duros esse, spem faciamus, oremus, suadeamus multis verbis. Hæc omnia tamen ita fieri debent, vt nunquam nostro nomine crimen patrari velimus, alias non focius maneret consultor, sed auctor fieret. Ad consilium vero aut generale aut speciale, ea pertinere, quæ illuc retulimus definitio vtriusque satis prodet. Nuda enim ac sola cogitatione criminis enata, aut qualicūque animo obiecto delicti commodo nondum adesse facti maturitatem, sed efficacius adhuc in voluntatem fieri debere impetum, vt adesse executionem sceleris ipsam manum pedemue proferre sustineat sceleratus, experiundo edocemur. Vnde qui notionem, cogitationem, suasum non impensum aut commendationem leuiorem attulit, sufficientem criminis causam nondum ministravit. Secus si ea faciat, quæ ad consilium speciale reiecimus, hæc enim eiusmodi sunt, vt pertinacissimum etiam animum frangant, et quod ad ipsam explendi voluntatem adhuc desit, relinquunt nihil. Non igitur existimandum consilium speciale esse, si absque consilii accessione criminofus peccaturus non fuisset. Neutiquam. Alias enim sæpe is, a quo nuda delicti notio animo scelesti infusa, consilium speciale dedisset, quia ille absque ista notione de crimine nequidem cogitaturus, nedum illud commissurus fuisse videatur. Cum, vt supra dictum, iudicari a Iuris non possit, an sine consilio dato, fors. n alium de delicti conflata fuisset materies, periculosum foret, istam differentiam spectare, et ab hoc momento iudicium



dicium petere. Verum, nostro modo si fiat distinctio, ad sensum est; nec unquam fallit. Legibus quoque, quod præcipuum est, attemperatur. Egregie ANTON. MATTHEI c. l. *Consilium vero dat, qui non solum monet, aut exhortatur, sed et instruit, et perficiendi sceleris viam ostendit, IN QVO NON DISTINGUITVR, FVERITNE REVS, ET SINE CONSILIO PECCATVRVS, NEC NE? Qui tantum monuit, exhortatus est, instigauit (i. e. quod nos dicimus, consilium generale dedit,) etiam criminis reus est, etiam SINE VLLA DISTINCTIONE, AN REVS ABSQVE INSTIGATORE FVERIT PECCATVRVS, NEC NE? Vide quoque SVRLAND l. c. §. 13. seq. referentem quædam eorum, quæ a nobis consilio speciali adscripta sunt. Ius Canonicum nobis esse consentaneum infra docebitur. Ius Romanum e contrario nescit discrimen inter diuersa consiliorum genera in criminibus, et omni generali consilio dicam scribit, solo retento consilio speciali VLP. l. 50. §. penult. ff. de Furt. *Consilium dare videtur, qui (1.) persuadet (generaliter) et (2.) impellit atque instruit consilio, ad furtum faciendum.**

§. XXVI.

QVIBVS IN CASIBVS STATVATVR AVXILIVM REMO-
TVM AVT PROXIMVM.

Ad auxilium remotum quæ facta referri debeant, quænam ad proximum per singula eundo definire, hoc opus, hic labor est. Enisi sumus supra per multa aspera, iam vero in pelagus delabimur procellosum admodum ac turpidum. In promptu sunt causæ, inde illæ lacrimæ. Leges generalius, remissius ac perfunctorie rem impeditam definiunt. Subigere tentant ICI istum legum hiatum ad iustas regulas, et cynosuram quandam, quibus firmitus vestigia hæreant. Verum quidnam hoc foret miraculi, si in re adeo serua ac ardua non in partes discederent, summa in misericordiam miscerent, nunc huc, nunc illuc grassarentur, cum magno bonæ causæ detrimento. Sed age! et hic animo non deficiamus, audeamus fortiter per ista tyres transitura. Si labimur, veniam facile impetraturi, quibus noua via et nondum aliorum vest.

vestigiis impressa, tentanda fuit. Condo igitur hanc regulam:
Distinguendum auxilium quod adfertur, res suas ad delictum pa-
trandum commodando, & id, quod fit opera prestita, & ope ma-
nus, vocis, signiue dati. Virumque Iure Romano quidem proximum
habetur, Germania tamen legibus prius tantum remotum est. Po-
sterius vero, nec legibus patriis ac domesticis remotum habetur, ex
communi tamen Doctorum concentu et aliqua probabili causa, ite-
rum distinguendum, inter id, quod antea. Illud proximum ha-
bendum, illud remotum, nescit varias auxilii diuisiones a Docto-
ribus excogitatas et omnem opem eadem poena dignam iudicat.
 Inde CAIUS l. 54 §. 4 ff. de furt. *Qui ferramenta sciens commo-*
dauerit ad ascendendum: licet nullum eius consilium principali-
ter ad furtum faciendum interuenerit: tamen furti actione tene-
tur. Inde VIPIANUS l. 5 ff. ad L. Pompej. de Parricid. *Si sciente*
creditor ad scelus committendum pecunia sit subministrata (vt
puta si ad veneni mali comparationem, vel etiam vt latronibus &
adgressoribus detur, qui patrem interficerent, parricidii poena te-
nebitur, qui que serit pecuniam, qui que eorum, ita crediderint, aut
a quo ita cauerunt. Inde etiam IVSTINIANVS Nov. 112. in leno-
 cinii poenam incidere voluit eos, *qui lenonibus aedes suas locarent.*
 Et quis nescit rigidissimam Romani iuris poenam, qua eos, *qui*
illicitis aleae lusibus aedes praeberent, harum aedium publicatione
multari voluit IVSTINIANVS L. ult. C. de Aleator. Si alia auxilii
 genera spectamus, quae in opera praestita consistunt, omnia do-
 cent, non distincta fuisse auxilii aut gradus aut tempora, sed sem-
 per eandem atrocem poenam, quae manet ipsum crimen, et haud
 raro atrociorum fuisse irrogatam. Ita PAVLLVS l. 1. §. 2. ff. de
 Extraord. Crim. *Qui, inquit, puero stuprum abducto ab eo, vel*
corrupto comite persuaserit, aut mulierem puellamue interpella-
uerit, quidue impudicitiae gratia fecerit, donum praebuerit, preti-
umue quo is persuadeat dederit: perfecto flagitio, punitur capite:
imperfecto, in Insulam deportatur, corrupti comites summo sup-
plicio adficiuntur. Sic CALLISTRATVS absque vlla fociorum ad-
 iuuantium distinctione: *Lege Fabia, inquit, cauetur, vt liber, qui*
homi-

hominem ingenuum vel libertinum inuitum celauerit, inuinctum habuerit, emerit, sciens, dolo malo, quæ, IN EARVM QVA RE SOCIVS FVERIT etc. --- eius pœna teneatur. IUSTINIANVS Nov. 134. cap. 10 iisdem pœnis, quæ adulteris propositæ, subiicit etiam eos, qui medii ministri huiusmodi impio crimini facti, procul habita omni distinctione, quantum et quo modo ministri fuerint. Refero huc tot leges in quibus edicitur eadem pœna, qua criminis auctores teneantur, etiam teneri *conscios*, quippe qua voce omnes cuiusuis generis adiutores iudicantur. Aliquid distinctionis videtur inesse legi vn. §. 2. C. de Rapt. Virg. vbi IUSTINIANVS eandem mortis pœnas et bonorum amissionem eandem, quas raptoribus virginum scripsit, etiam iis minatur, qui hos comitati sunt IN IPSA INVASIONE ET RAPINA, ceteros autem omnes qui criminis conscii et ministri fuerint, vel qui eos susceperint, vel quicumque eis open tulerint, pœna tantummodo capitali ple. fit, non simul bonorum publicatione. Verum vt hoc singulare est in raptu, alibi non facile obuium, ita sane magni momenti non est. Cum enim hic omnes focii, siue in ipso raptu interfuerint, siue secus, capite puniat, ignoratur hic sane magnum illud interuallum, quod hodie inter remote et proxime focios intercedit, quorum illi non facile capitis poenam subeant, idem vitæ discrimen cum auctoribus incurrunt. Hæc Romana sunt, Germani, vt sociorum varias species discernant, per ipsas leges monentur C. C. C. art. 177. *So jemand einem Missethater zu Uebung einer Missethat wesentlich und gefahrlicher Weis, Beystand oder Færderung thut, wie das alles Namen hat, ist peinlich zu strafen, als vorstehet; ABER IN EINEM FALL ANDERST, DANN IN DEM ANDERN.* Mallem autem vt IMPERATOR edixisset, quinam casus sint discernendi, generalis hæc enim admonitio, quæ ad arbitrium Iureconsultorum rem defert, multum attulit incommodi. Verum ita confeo. Hæc licet generali et vaga sententia ad duo tamen decidendi fundamenta remittere nos voluit Legislator Augustus. *Primo*, vt componemus reliquas leges et his in consilium adhibitis, certiora inueniamus. *Deinde* ad vulgares Ictorum distinctiones videtur inten-

disse

diffe digitem. Quisquis Iureconsultus fuerit Carolinae nostrae conditor, is sane traditas sui temporis doctrinas Doctorum, animo imbiberat. Iam illa inter auxilium remotum et proximum distinctio alia Doctorum suppellex atavita sunt, et potentissimis istis iuris vtriusque monarchis accepto ferenda traditio. Si vsque ad eius scaturiginem regredi liberet, offenderemus, credo, partum ex ipsis Glossatoribus natum. Saltem iam Bartolum et Baldum aliosque ante-Carolini aevi Doctores: his delictis practicum ingenium pavisse, facile esset ostensu, nisi id loqueretur in istis doctrinis tam saepe a recentioribus Practicis excitata horum Oraculorum auctoritas. Adscripsit nos itaque huic glebae Legislator, et male sit iis, qui vindicias dabunt secundum libertatem. Diserta Carolinae sanctio eos, qui res suas ad crimen perficiendum ministrant, mitius puniri iubet, quam ipsos auctores, idque vt infra videbimus indicio est, illud adiumentum pro remoto haberi. Vid. Art. III. vbi ii, qui dolo malo aedes suas monetarum adulteratoribus commodant, harum tantum aedium publicandarum poenam expectant. Ipsum falsarii scelus atrocissimum est et ignis ac concremandi viui hominis supplicio expiatur. Quae inter hanc poenam et vnus domus amissionem similitudo est? Concludo hinc socium rerum suarum ad crimen in exitum perducendum, commodatione tantum noxium, non nisi harum confiscatione, et, si insufficientis sint pretii, adiecta alia arbitraria leuiori poena coerceri, eamque ob causam istam societatem semper remotam credi, etiamsi forsan in ipso momento criminis commissi res tradantur. Nulla enim hic legis distinctio. Cum itaque, aedes suas aliaque commo- dasse, hodie tanta poena dignum non iudicetur, quanta, ipsum cri- men commisisse; ratio patet, quod in transitu dixerim, cur rigor iuris Romani in iis, qui ludo illicito aedes commodant hodie ad- mitti nequeat. Lusus enim cuiusuis sint generis, licet ex nonnul- lis forsan actio non nascatur aut ius; iistamen vacasse, ordinario crimen non est, et, si est, leue est. Multo minus ergo, aedes qui commodant, austeram publicationis poenae adfligere fas erit. Recte
F igitur

igitur tradit BERGERVS loco supra citato: arma, equum, famulum, scalas, ferramenta commodare, esse societatem remotam. BLUMBLACHER autem perperam distinguit, an harum rerum cum criminoso communicatio fiat in ipso momento implendi criminis, an antea? Nec CARPZOVIUS l. c. Qu. 87. n. 17. audiendus, dum, ferramenta præbere, proximi socii esse, adfirmat. Illos, qui operam suam ad crimen adferunt, sicque id agunt, quod quidam Doctores *auxilium cooperatiuum* vocant, tum si in ipso implementi actu intersunt, proxime, alias remote accessisse videntur, locorum supra e Doctoribus excitatorum testimonio constat. Duo enim hæc tempora distinguenda esse plerique docent, præter solum BERGERVM, qui etiam in ipsa executione remote crimini opem ferri posse censet; tum scilicet, si non vltimis actibus ad perfectionem pertinentibus manus admoueat, sed tantum e. g. excubiæ aguntur eo tempore, quo executio fit. BLUMBLACHER multo cum æstu nostram distinctionem agit. CARPZOVIUS l. c. ad auxilium proximum refert, n. 17. *scalas accommodare* (i. e. tenere aut applicare in actu) n. 29. *autem, si auxilium in ipso actu præstetur, veluti si quis ostium effringat, res a fure contrahatas recipiat et abscondat et n. 34. si quis in excubiis fiat, ordinariam poenam statuit.* Hinc prodit, tibi proximum auxilium esse, quod in executione fertur. Igitur cum hoc distinguendi fundamentum plurimorum suffragia habeat, et non tam obscurum sit, quam reliqua; merito illud adoptamus, reliquisque nuncium mittimus.

§. XXVII.

DE POENA SOCIORVM REGVLÁ TRADITVR.

Poenam sociorum, de quibus hucusque loquuti sumus, generatim nunc determinaturus, omnem rem hac formula comprehendere tentabimus: *consilium generale Romani non puniunt. Ius Canonicum in illud leuiorem, non ordinariam auctoris poenam statuit. Germani antiquiores nesci distinctionum subtiliorum omnes consultores iuxta habuere. Praxis, Ius Canonicum amplexa est. Consilium speciale omnium tam peregrinarum quam patri-*

patriarum legum expressa sanctio eandem vult ad pœnam vocari, qua adfligendus executor; sed Practici mitiores sunt in consultorem, eumque pœna tantum ordinaria proxima adficiunt. Auxilii remoti quod in ope ferenda versetur, nulla apparet in legibus tam domesticis, quam exteris, vola aut vestigium, sed in his omne tale auxilium pariter atque proximum compefcendum est. Verum Praxis civitate donavit distinctionem & auxiliatorem remotum multo leuius coercet, quam proximum. Qui proxime crimini interuenit ope & auxilio suo, instar ipsius auctoris castigandus; in quo & Leges & Icti conspirant. Qui res suas commodando adstitit a reliquis auxiliatoribus non distinguitur ex iure peregrino, bene tamen domestico, cui adstipulantur Practici, eumque quasi remotius interuenientem spectari volunt. Possumus hæc singula, quæ ius Canonicum concernunt egregio iuris Canonici loco confirmare, sed hunc infra separatim explicabimus. Videamus primo de iure Romano. Hoc initio videtur ob consilium criminofum neminem damnare: ita enim IMPERATOR §. 11. in fin. l. de Obligat. quæ ex delict. Certe, qui nullum opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, adque hortatus est ad furtum faciendum non tenetur furti. Hic locus torquet interpretes miseris modis, cum in aliis criminibus solum consilium omnino nocere consultori videant. Alii legem explicant de casu non perfecti a fure sceleris, in quo itaque ob deficiens implementum nulla aduersus quemquam furti actio dari possit, et hinc nec contra consultorem. Ad hos refero ANT. MATTHAEI de Crimin. Prol. c. 1. §. 9. HOTTOMANNVM ad h. l. nec non FRANC. BALDVINVM ad eundem, qui tamen hoc addit: saltem si non furti actio obtinet, alia pœna plecti debet consultor. Alii nulla adiecta ratione tam consilium quam opem, illud sine hac, & hanc sine illo furti reum facere tradunt, vt CONR. RITTERSHVSIVS ad h. l. Alii, de consilio generali agi, sibi aliisque persuadent, idque numquam nocere tradunt consultori secundum Leges Romanas, vt ARNOLD VINNIVS ad c. l. Prætereo HERM. VULTEII ad h. l. distinctionem, qui aliud esse inquit, furti teneri

teneri et furem esse, prius tribui Consultori a legibus, posterius ab illo alienum putari. Prius falsum est manifesto. Ista curas interpretibus faceffunt alia leges, quæ his apertissime refragantur. Pertinet huc Sententia POMPONII *l. 36. §. 2. de Furt.* At enim despero, posse hoc Legum diffidium isto modo tolli, quo Interpretes tentant. *Prima* explicatio repugnat principio laudati *§. 1. I.* ubi non de furto imperfecto, sed FACTO sermo est. *Secunda* Interpretum familia magis adfert, quid dictum velit, quam quid dictum sit in Legibus, nec eximit scrupulos. *Nec tertia* calculum meretur, quia coniunguntur: *consilium dedit & exhortatus est*, eaque tantum distinguntur ab adiutamine eius, qui opem tulit, quæ omnia produunt consilium quodcunque, instigationes quoque, non simplicem suasionem. Meliora dant alii, qui hic Sabinianorum ac Proculejanorum sectas in diuersum traxisse, et alterutri parti ad stipulatum esse IMPERATOREM autumant. Verum quomodo dissenserint hæc scholæ iterum titubant. EVERARD OTTO *ad h. l.* putat, LABEONEM ob consilium solum furti agendum censuisse, eiusque sententiam referri a PAVLLO *l. 53. §. 1. de V. S.* Contrariam in partem itaque censuit SABINVS. Verum SABINO multo aliam sedisse sententiam suo iure defendit. *Vir egregius Illustr. Godofred. MASCOV. in Tract. de Sect. Procul. & Sabin.* p. 271. idque ex loco quodam Gellii apertissimo comprobat. Exulare itaque hic putat omne Sectarum diuortium. Contra ea EMUND. MERILLIVS *ad h. l. LABEONEM* in Imperatoris partibus fuisse, sed Sabinianos secus statuisse docet. Et hoc quidem vero simillimum est. Discordiam enim inter ICROS fuisse palam faciunt *l. 52 §. 19. de furt. & l. 35. pr. eod.* si cum *§. 2. Cod.* comparentur. SABINVS in consilio furtum esse manifesto statuit. *c. §. 2. a quo licet non recedere videantur LABEO & PAVLLUS l. 53. §. 1. de V. S.* vere tamen recedunt, dum *non nocere docent consilium malignum habuisse nisi & factum accesserit.* Non viderur sane PAVLLUS istam sententiam improbare, sed tamquam ampliorem explicationem suæ et Labeonis opinioni addere. Cui non obstat locus *Sententiarum PAULLI l. 2, tit. 31. §. 10.* ubi opæ aut consilio aliquem

aliquem furti teneri, traditur. Id enim in se adhuc obscurum & forsitan ab ANIANO est. Sed redeo in viam. IVSTINIANVS, inquam, Sabinianorum partibus desertis, opem et consilium iuncta esse voluit in furto. Sed quare? Coniectura non adeo difficilis est. Scilicet formula actionis furti et furti ipsius vix admittit solum consilium, licet specialissimum. Incommode enim contrectasse abstulisse &c. dicebatur is, qui manum vix mouerat. Eam rationem reddit VLPPIANVS L. 52. §. 19. de Furt. vbi: *furtum sine contrectatione non fit.* Hinc planum est, formulam tantum in causa fuisse, ne furti ageretur, ideo tamen publica poena condictio furtiva aut actio Legis Aquilliae nondum excludebantur. In reliquis enim delictis vbi formula actionis non resistebat inter ipsum executores et consultores nihil interfuisse, docet VLPPIANVS L. 21. §. 6. ff. de Injur. Attilicinus ait: *¶ si per suaserim alicui, alias nolenti, ut mihi ad iniuriam faciendam obediret, posse iniuriarum mecum agi.* Item l. 12. ff. ad L. Iul. de Adult. *Hec verba legis: Ne quis posthac stuprum adulterium facito sciens dolo malo, & ad eum qui suaserit, & ad eum qui stuprum vel adulterium intulit, pertinent.* Poena igitur publica sua foris eadem semper fuit quae erat ipsius auctoris. Priuata actio vero aduersus consultorem ea demum admissa est, cuius formula non obstitet. Consilium generale impune fuisse videtur cum vbique exhortationum, instructionum &c. tantum mentio fiat, & consilium non aliter statuatur nisi quis *persuadeat & impellat, atque instruat consilio*, vt loquitur VLPPIANVS L. 50. §. penult. de Furt. Veteres Germani diuersas consiliorum species distinxisse non videntur vid. L. BAIVVAR. Tit. 8. §. 6. *Si quis alicuium seruum ad furtum suaserit, aut aliquid damnosum, in fraudem domini sui &c. ille cuius conludione (consilio) crimen commissum est, tamquam fur damnatur, in nouicuplum compositionem cogatur exsoluere. Seruus vero, quod tulit, reddat, & insuper ducentos ictus flagellorum extensus publice accipiat.* Verum ius Canonicum, de quo infra et Doctores consilio generali poenam statuunt, licet leuiorem tantum. IO. HENR. BERGER *Elect. Jur. Criminal. Cap. 1. §. 4. Qui consilium simplex dedit, extra ordinem*

dinem punitur CARPZOV. c. l. *Qu. 87. n. 4. consilium solum* (i. e. vt posteriora docent, cum instigatione non coniunctum) *pœna arbitraria adfici tradit.* Consentit etiam ANTON MATTHÆI c. l. p. 799. Si consilium sit speciale: tum, licet ius Romanum et Canonicum diferte contrarium statuunt, tamen Practici nondum ordinariam poenam admittunt, sed tantum ordinariæ proximam vid. CARPZOV. l. c. n. 6. BERGER c. l. vbi: *Qui consilium cum persuasione instructione etc. dedit, grauius quidem, sed non pœna ordinaria punitur.* Forsan hanc mitiorem sententiam suaserunt legum Romanarum inter se opinata discordia, et iuris Canonici paullo post excitanda clausula. Auxilium qui tulit eodem iure aestimatur secundum leges Romanas, quo is, qui vltimam manum facto adiecit. De furto iam vidimus. Plagiarius tenetur non solum ipse plagiarius, sed etiam Socius l. *peault. §. vlt. ff. ad L. Fab. de Plagiar.* Capite puniuntur non solum adulteri, sed et medij et ministri adulterij *Novell. 134. c. 10.* Peculator capite punitur, nec minus is, qui peculatori ministerium ac sinum præbuit l. *unic. Cod. de crimine peculat.* Nulla hic est distinctio inter auxilium antea et in ipso crimine perficiendo præstitum, quippe quæ Romanis penitus ignota, vt supra diximus. Nec magis ius Canonicum distinctioni huic patrocinatur, vt videbimus. Nec ius Germanicum, vid. *Das Sæchsische Landr. Lib. 2. a. 13. Wer Diebe behaußet, oder Raub heelet, oder einem mit Hülfe dazu stürcket, wird er deß überwunden, man soll über ihn richten, als über ienen der es selbst gethan.* Clarius adhuc SPEC. SVEV. edit. Schannatian. p. 282. *Wer Rath oder Hilf tut ainem Menschen daß er stel, der ist der Deuphait schuldig. Wer stelen will, und gehet hin zu ainem Mann und pitt in einer Latern er will in ain Haus steigen durch stelen, oder der ainem Deup ain Tur oder ein Venster, oder ain schnitt mit wissen Deuben schlüssel machet, oder ander eisen, die zu Deupheit gehören, oder ander bis Deuben tut, das wissen is, der ist als schuldig als der Deup, und man soll ihn fahen zu den Deuppen.* vid. quoque IVS LVBCENSE apud IOACH. LVC. STEIN in der Einleitung zur Lübischen Rechtsgelehrsamkeit p. 424. §. 10. *daß*

daß alle diejenigen, welche Laster des Ehebruchs, Unzucht und Hurerey helfen procuriren, Staffiren, kuppeln, fortsetzen, die Personen der Huren und Buben hausen, beherbergen, ihre Wohnungen, Keller und Buden ihnen wissentlich verhiiren, verlehnen, sie aufhalten, verschweigen, verdecken, zu diesen Lastern Hülfe und Rath geben, für sich selbst oder durch andre, durch was List und Vortheil solches zugeben mag, dieselben gleich den Huren und Buben angehalten, und nach Erkenntnis gestraffet werden sollen. Immo feuerius interdum adiutores et internuncii puniuntur, quam ipsi auctores secundum nonnulla Statuta v. STATVT. CIVIT. LAVENBURG. ap. *Musl. FRID. ESAIAM PVFENDORFF in Observat. Iuris uniuers. Tom. III. App. p. 339.* Primo statuitur poena scortorum: Weren aber solche böse Weiber eingeschlichen, und man käme dahinter soll ihnen bey Sonnenschein die Stadt zu räumen bey 5. Gulden Brüche geboten seyn, und wo sie solch Gebot verachten, sollen sie 3. Tage lang ins Gefängniß gelegt, und mit Wasser und Brot gespeiset, und aus der Stadt verweist werden. Tum sequitur poena eorum qui aedes scortis commodant: Unzüchtige gemeine Weiber sollen von niemand in unserer Stadt wissentlich gehauset, gehcget, und zur Herberge aufgenommen, vielweniger Buden, Cammern oder Wohnung zur Handhabung ihrer Unzucht eingethan oder vermietet werden, bey Vermeidung 5. Gulden Brüche. Tandem in scenam prodeunt internuncii: Wo jemand durch Bothschaften und Brieftragen, oder andere Mittel, Wittwen oder Dienst-Magde zur Unzucht verführet, es sey Mann oder Weib, sollen sie, wann sie dessen überzeuget, nach Gelegenheit gestraffet, und der Stadt verwiesen werden. Sed haec non curat Praxis. Eo tantum ordinaria poena adfligit, qui per actum immediatum & proximum adstant, vt tradit CARPZOV. l. c. n. 17. 29. 34. aut auxilium proximum seu cooperaticum praestiterit, vt, si quis attinueret, ceciderit, effregerit etc. quae sunt verba BERGERI l. c. BLVMBLACHER ad Art. 177. n. 2. Wann das Auxilium proximum et non remotum ist, ist der Helfer eben sowol mit dem Schwerdt am Leben zu strafen, als der Thater selbst. Ad stipulatur MATTHAEI c. l. p. 800. Probabilem rei rationem adfert

fert BLVMBLACHER l. c. *Denn es kan ihme, den Thäter, unter dessen noch eine Rew ankommen, also, daß der Helfer &c. nicht pœna ordinaria, sondern extraordinaria zu strafen.* Scilicet, qui ante ipsam criminis perpetrationem aditit, quoniam illud, vt præfens, nondum ob oculos habuit, magnitudinem et indignitatem sceleris facilius potuit non animadvertere, sicut alias ipsa longinquitas veræ rerum magnitudini multum detrahit. Forfan etiam, vere illud iri perfectum, quo factum est sincere ac serio creditit, Iniquum est in rebus arduis nec minima spectare.

§. XXVIII.

SPECIATIM DE IVRE CANONICO AGITVR ET IMPRIMIS DE C. VI. X.
DE HOMIC. EIVSQVE HISTORIA AC SENTENTIA,

Sæpius ad Ius Canonicum prouocauimus et probationem inferius perendam diximus, iam itaqve ne aduico lectores naso suspendamus, promissa explemus. Optimus Iuris Canonici locus qui nobis inseruire possit, est illa quantuis pretii Epistola ALEXANDRI III. Pontificis, quæ exstat c. 6. X. de Homicid. Fama percelebrata est historia cædis Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi. Vt tamen, quid occasionem dederit epistolæ Pontificis plenius intelligatur, referemus historiam & quidem verbis in compendium missis MICHAELIS ALFORDI, in *Annal. Anglic. ad an. 1170.* Præmonendum Henricum II. Angliæ regem, elati, sed paulo vehementioris ingenii principem, incidisse in temporis pontificis Alexandri III. ecclesiastici imperii strenuissimi adfertoris & Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, qui forsan pontifici fastu neququam erat secundus. Cum igitur vtraque Respublica tam sacra, quam civilis, tutores haberet æque ætuosos, non potuere non enasci luctuosa illa antiqui temporis inter sacerdotium & imperium certamina. Rex contumaciorem Archiepiscopum primo extorrem esse ex Anglia iusserat. Redierat tamen is paulo post, recepta quodammodo Regis gratia. Sed vix pedem in Anglia posuerat, cum iterum veluti ovans, vrbes peragrat, plebem concitat, vt strepitu omnia & partium studiis, magno cum publicæ salutis periculo Regisque indignatione replcantur. Constat

flatur & aliis ex rebus iam incalcescenti Regis ingenio penitus effervescendi materies, quæ ab inimicis Archiepiscopi maxime ab Archiepiscopo Eboracensi, alitur & augetur, vt denique Rex indignabundus (sequuntur verba ALFORDI) exclamaret & omnibus quos nutrierat, qui familiaritatis gratia & beneficiorum collatione sibi obnoxii fuerunt malediceret, quod ipsum de Sacerdote vno non vindicarent, qui ipsum & suum regnum sic perturbabat, & suis dignitatibus exautorare & exheredare querebat. Quod sæpius in furore suo resolicante Regem: de Aulicis & Cubiculariis suis quatuor milites audientes, conspiraverunt in Archiepiscopi mortem. Fuerunt hi Reginaldus, filius Vrsi, Hugo de Morevilla, Wilh. de Tracy, Richardus Brito Die Natalis Dni, quinto, sedente Archiepiscopo in thalamo suo, circa horam diei undecimam ingrediuntur vna cum complicibus et sociis in loriceis cum gladiis, et securibus, arcubus, et sagittis bisacutis, et ceteris instrumentis vel ad feras et ostia demolienda. Valvis apertis conglobati per claustra ruunt, e quibus tres in levis secures, vnus bisacutum ferebat; omnes vero in dexteris strictos gladios vibrabant, Vnus satelles manu in eum iniecta, pileumque mucrone deiciens, veni, inquit, captus es. Postea accelerans alius ex iis de primo ictu volens referre trophæum, & de festina perditione suum luerum profiliit, & toto conamine suo capiti protenso vulnus inferre nitens clerico cuidam, in brachio grave vulnus infixit, ille brachium retraxit, & reliquum ictus caput Pontificis excepit. Et iam sacer ille sanguis cœpit manare per faciem. Is autem, qui percussit, exclamavit: percutite, percutite. Secundo vulnere capiti eius inflicto prostratus in terram procubuit. Tertius teste portionem amputando vulnus præcedens horribiliter ampliauit. Quartus, cum ferire tardaret, correptus in idem vulnus gladium vibrauit. Nec Satane filio tantum sufficit perpetrasse flagitium: nisi iniecto in caput gladio, cerebrum eiceret, et per pavementum spargens exclamaret; mortuus est. Executes autem milites equos, aurum et argentum, et quicquid in palatio Archiepiscopi reseruatum est, inter se diuiserunt. Alexander Papa, 1171. generaliter excommunicauit omnes

nes interfectores Cantuariensis, et omnes qui consilium & auxilium vel ascensum præbuerunt; & omnes, qui in terram suam eos scienter receperint aut foverint. Apostolici Sedis Legati 1172, in Normanniam venientes de nece Thomæ, & de flagitii autoribus, conscitis & complicibus querunt, & reos puniunt. Rex iniunctam sibi penitentiam humiliter amplexans, absolvitur. Iuravit etiam tactis S. S. Evangel. quod neque mandaverit, neque voluerit, ut Archiepiscopus interficeretur. Dicebat tamen coram omnibus, se intelligere, quod causa esset mortis A. Episcopi: & quicquid factum sit, propter eum factum esse. Non, quod ipse mandaverit: sed quod amici & familiares eius videntes turbationem vultus eius & oculos, & cognoscetes etiam dolorem cordis, & sæpe audientes querula verba eius de Archiepiscopo: iniuriam eius absque conscientia ipsius, vicisci parabant. Penitentia Regis fuit

1.) Vt inueniret ducentos milites per annum integrum suis sumptibus. Videlicet unicuique militi dans trecentos solidos in terra Hierosolymitana contra paganos, secundum dispositionem Templariorum, stipendia facturos.

2.) Vt, si necesse fuerit & Dominus Papa ei mandaverit, iret in Hispaniam ad liberandam terram illam a Paganis. Iniuncta etiam ieiunia & eleemosynas & alia quedam, que ad communem audientiam non peruenierunt.

Interfectores sedi Apostolica ad suscipiendam solennem penitentiam presentati sunt. Sunt autem a Pontifice Hierosolymam missi, ubi aliquot annis indiduum satisfactionis modum non segniter exsequentes vitam omnes finire. Magnus excommunicatorum numerus, quos facti pœnitebat efflagitavit a Bartholomæo Exoniensi Episcopo, ut solverentur a diris istis, quibus a Pontifice devoti erant. Is de re ad Pontificem retulit, qui forsan 1174. istas, quæ iam sequuntur litteras ad Bartholomæum reddidit. Damas eas cum restauratione Bœhmeriana. Alexander III. Exoniensi Episcopo (Bartholomæo 1174.) Sicut dignum est, (& omni rationi consentaneum, graues & difficiles questiones ad examen Apostolicæ Sedis deferri, ita etiam ex ministerio nobis susceptæ sollicitudinis imminet, easdem questiones, prout nobis Deus dederit, solvere, & singulis a nobis consilium postulantiibus respondere, ut providentiâ Romanæ Ecclesiæ quæ vbiq; terrarum Domino disponente obtinet principatum questiones solvantur & moueantur in his ambiguitas de cordibus singulorum. Licet autem super questionibus, quas nobis Tuâ Discretio direxerit, te non dubitemus, prouidum & circumspectum existere: cogimur tamen ex susceptæ seruitutis ministerio iuxta discretionem & providentiâ nostram tibi exinde respondere) Sane cum Vir (litteratus & sapiens &) discretus (in his ac plurimum exercitatus) existas; plenis nosti, quod, in excessibus singulorum non solum QUANTITAS & QUALITAS delicti, sed ætas, (&) scientia, (&) sexus atque conditio delinquentis sunt attendenda, & non solum secundum prædictâ, sed secundum locum & tem-

pus,

per, quo delictum committitur, unicuique penitentia debet indici: cum (sicut tu ipse non ignoras) IDEM EXCESSVS MAGIS SIT IN VNO DELICTO QUAM IN ALIO PUNIENDVS.

S. 1. Illi autem, QUI ANIMO OCCIDENDI FERIENDI AVT CAPIENDI, illum et reuerendum virum quondam Cantuariensem Archiepiscopum circa manuum iniectiorem se fatentur, VENISSE, si de illa captione mors eius secuta fuisset, PARI POENITENTIA VEL FERE PARI EXISTERENT PUNIENDI.

S. 2. (Et) illi etiam, qui non vi ferirent, sed, ut PERCVSSORIBVS OPEM FERRENT, si forte per aliorum violentiam impedirentur, PAVLLO MINORI DEBENT POENA MVLTARI; quia cum scriptum sit, qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit, cum occidit: constat ab homicidii reatu immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios prestare venerunt: nec caret scrupulo occulte societatis, qui manifesto facinori desinit obuiare.

S. 3. Qui vero se offerunt animam regis INFLAMMASSE ad odium vnde (forte) homicidium fuit secutum, dure et aspere, sed NON ITASEVERE, sunt puniendi: nisi forsitan regem ipsum ad illud homicidium SVIS SVGGESTIONIBVS prouocassent.

S. 4. Hi quoque non sunt a culpa liberi, nec a pena debent esse immunes, qui licet fuerint illius (inique) machinationis ignari; tamen eos, quos sicarios esse sciebant, in sarcinis custodiendis ministerium praeberunt.

S. 5. Eos insuper qui dicuntur illius sancti viri & suorum post mortem eius, spolia occupasse, si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, a pena mortis eius arbitramur esse immunes: sed, quae occuparunt eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere, si habent in facultatibus, vnde possint ea reddere. Et ipsis ex hoc moderata penitentia est iniungenda: quia, licet quaedam ex his, quae occupauerunt, fateantur, se pauperibus erogasse, non tamen aliena, cum ipsa potuissent eis, quorum fuerunt, restituere, debuerunt pauperibus erogare.

S. 6. Illis praeterea qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscunt, considerata temporis mora, (in) quo in eadem nequitia perdurarunt, & inquisito (etiam) si eis timore, vel adfectione communicauerint, scienter vel ignanter (secundum hoc) est penitentia inducenda.

S. 7. Clericos autem, quos constat armatos interfuisse tanto facinori & illos (etiam Clericos) qui consilium (illud) dederunt, ut sanctus vir caperetur, perpetuo non solum ab Altaris ministerio deponendos esse censemus sed (ita) etiam, quod in ecclesiis nullo vnquam tempore, lectiones legant, vel responsoria in Choro separatim cantent: sed in Psalmis apud Deum de commisso sat agant veniam impetrare. Insuper (autem Clerici ipsi) in districto Claustro monachorum vel Canonicozum, si fieri potest, sunt recludendi, ita, [quidem,] quod vsque ad septennium vel quinquennium debeant ab ecclesiarum introitu coerceri.

- Nostram in rem ex hac Epistola sequentia tantum depromamus.
1. Qui inflammaverunt animum Regis (i. e. consilium generale dederunt) non ita severe sunt puniendi (sc. vt ii, qui armati interfuerunt.)
 2. Qui suis suggestionibus homicidium provocarunt, (i. e. consilium speciale dederunt) puniendi sunt vt ii, qui armati interfuerunt.
 3. In excessibus singulorum (qui ad vnum crimen acceperunt seu sociorum) quantitas et qualitas delicti (i. e. eius quod attulit ad crimen adiumenti) sunt spectandæ.
 4. Qui capiendo aut simul feriendo tantum in actu criminoso adiuuant, licet vitam non adimant, tamen vt hi, qui animo occidendi venerunt, puniuntur, si mors vere secuta est, seu qui in ipso momento criminis perficendi ope adsunt, ordinaria pœna totius implementi tenentur.
 5. Epistola hæc agit de sociis, non de consortibus, quod monemus contra KRESSIVM *l. c. p. 654.*

§. XXIX.

QUINQUE MOMENTA DE SOCIIS ADHVC OBSERVANDA.

Notamus adhuc de Sociis.

1. Eos, qui culpose ad crimen adferunt, oportere leuissime puniri.
 2. eosdem, vt pœna sociorum ea affligi possint, quam supra definivimus, debere prævidere ac scire omne id, quod in ipso criminis implemento vere accidit.
 3. eosdem si vt auctores aut pœna ordinaria puniantur non puniri debere, ea pœna, quam commeruit is, qui vere præsens crimen proprio nomine vt auctor perfecit; sed ea, quam meruisset socius si ipse auctor fuisset.
 4. Eum, qui consilium dedit, si postea dissuadet, leuissime duntaxat puniri posse, quando nihilominus crimen dissuasum perfectum est.
 5. Eum, qui mandatam exsequitur, sicque inter socios proxime, & in ipso crimine adsistentes, nostra ex sententia refertur, puniri mitius mandatore, si mandatam fuit iustus i. e. si fuerit ab eo profectum, qui ius imperandi habet, gravius autem si pro mercede mandato obediuit.
- Non omnes, qui sine dolo crimen ignorantes adiuuant, vel eius causam dant, culpam sustinent. Etenim haud raro tam acutum videre non potest humanitas, vt, quicquid ex dictis factisve contingere possit, semper præfagiat animus. Quid si enim optima fide gladium meum amico commodem, aut scalam? quid si ei, cui venena vendere non vetitum, illa nil mali metuens, vendam, isque veneficium exerceat? Quid si maritus uxoris pulchritudinem in magna frequentia impensius laudet, eoque mœchus aliquis adliciat, adulteriumque sive vi admittatur, sive non invi-

ta

ta vxore? Verum pone, me per iocum aliquod consilium criminoso dedisse v. g. vt consueuimus dicere mendico: *Schlagt einen reichen Juden todt*, illumque esse obsecutum; pone, me in publicis cauponis de hominis cuiusdam diuitis opulencia, & quasnam domi suæ custodiat opes, quibusve in locis eas recondat, multa prædicare, et hinc nares deliniri nebulonibus, qui dignam conatu prædam iudicantes, de nocte invadunt opulenti hominis ædes, diripiunt opes, deplumant; pone, toxicum me præbere ac vendere cuius ex plebe, noto ignotove, aut illud a me non sollicite custodiri, vt facile sit cuius, inde ad suos vsus, quantum satis, decerpere, iisque venenis nequam aliis necem parare. Hic sane impune ferri nequit tanta negligentia ac socordia, quod quidem in casu furti aliusve damni, quod in se reparari potest, tum maxime obtinebit si damnum datum, resarcire non valet is, qui culpa effecit. Cum tamen hic semper aut ope tantum remotiori aut consilio peccetur, quæ etiam si dolum adiunctum habeant, tamen leuius puniuntur: facile patet multo leuiorem esse debere pœnam, si non tam malitia quam imprudentia subist. *Alterum*, quod notavimus perspicue tradit DAN. CLASENIVS ad Art. 177. C. C. C. *Requiritur*, inquit, *in socio scientia, quæ includit notitiam omnium circumstantiarum respectu illius facti, quod alter perpetrare intendit.* Res nulla eget demonstratione. Si enim ne mandator quidem eius, quod admissum est ordinariam pœnam luit, vbi id admitti noluit, multo minus, qui adstitit tantum, si de eventu, qui securus est, non cogitavit ex illo poterit iudicari. Tenetur ergo tantum ex eo, quod eventurum, ipse credidit. *Tertium* quoque in confesso est. Qui parricidæ proxime etiam adstitit, si nulla propinquitate coniunctus est ei, qui per parricidium trucidatus est, homicidii simplicis tenetur. Qui solo nocendi animo, non, lucri captandi, furibus consilii & auxilii copiam facit, damni iniuria dati reus est, non furti. Eadem hic ratio, quam supra in mandatoribus allegauimus. Doctores ad socium furti, vt furti pœna teneatur, requirunt animum lucri cupidum. AVGVSTIN DE LEYSER *Medit. ad Pand. Spec 555, m. i. seq.* *Occultatio, quæ in facto consistit, quum quis scilicet fures, hospicio, victu, amictu iuuat, vel furtivas res suscipit, aut in latibula desert, vel saltem furibus perfugium monstrat, furtum est.* Si LVCRI PARTICIPATIO CONCURREAT. De reliquis criminibus idem iudicium esto. Leges Romanas obstantes spernimus, non loquuntur enim de pœna publica.

Quartum quod attinet, licet hic etiam a mandatoribus ad socios transferre argumentum. Qui ante crimen commissum opem consiliumve adfert, in se iam leuiter castigatur. Quem facti pœniter ante criminis implementum, is admodum excusatur, per notissima iuris criminalis

præcepta. Ergo quem facti in se leuius puniendi pœnitent ante eventum, is, non potest non maiorem adhuc mereri veniam. Extra culpam causamque tamen numquam ponitur. Peccavit enim, & nequitia sua secuti criminis fomes quodammodo fuit. Mens humana tenacis instar tabulæ est, cui quod semel inscriptum haud facile deleri potest. Hæc cita pronuntiat. *Illustr.* DAN. NETTELBLADT l. c. §. 79. *Postea actione, per quam quis actu intellectus ad actionem alterius concurrat, ponitur socius, ita, ut nullo modo, ne quidem ante perpetratam actionem talis esse desinere possit.* Quinto loco, quod diximus, scilicet iustus executorem ordinaria pœna non addici, id omnibus Practicis in ore est. vid. BERGER, CARPZOV, THEODORICI STRYCK, MATTHAEI, KRESS, SVRLAND, *citat. loc.*

Nititur ista doctrina in l. 6. *Cod. de vi publ. & priv.* vbi seruus, qui iniussu Domini occiderit, capite plectitur, qui iussu domini ad metalla damnatur. in l. 2. *Cod. de Sepulcr. violat.* vbi seruus domino non iubente sepulcra demolitus, ad metalla datur, qui domini vero iussibus in demoliendo paruit relegatur. Quibus legibus sublata illa Digestorum distinctio inter crimina leuiora & atrociora, quorum in illis iustus excusabat, in his secus. Quod autem in eum, qui pecunia conductus, facinus commisit, grauius animadvertatur, quam in alios argumento assassini expeditum est. Ratio enim deforet, cur in cæde illata tantum subsisteremus. Potest idem ad omnia delicta transferri. Qui alapam iniuriose infixit, punitur; qui mercede conductus, grauius. Qui in Deum mala verba pretio accepto enomuit, atrocius peccat, quam qui absque pretio idem facit. De incendiis præclarus in rem nostram locus extat in ORDIN. POLIT. MAGDEB. cap. 68. §. 2. 3. *Wer sein eigen oder eines andern Haus vorsetz- und freventlicher Weise anzündet, einer Stadt, Flecken oder Dorf dadurch Schaden zu thun, der soll lebendig verbrannt vverden, obgleich der Schaden, vvelcher aus der basflichen Anzündung entsethet, nicht gar groß vrare, und der Thæter denselben zu ersetzen hette, es gereueete ihm dann auf frischer That, und er machte solche Reue kund, und sebrte die Leute um Hülfe und Læschung an, auf dem Fall soll er mit dem Schwerde vom Leben zum Tode gebracht vverden. Die von andern dazu ausgeschickten und GFDVNGENEN Mordtbrenner aber sollen vor ecliche mahl an der Gerichts-Stelle mit gluedenden Zangen gezwacket, zur Feim- stette geschleifet und darauf gespiesser vverden.*

Caput. IV.

DE NOXA CONSORTIVM ET SOCIORVM IN CRIMINIBVS,

§. XXX.

REGVLA DE NOXA.

Jam, vt ad noxam transeamus, totam hanc causam hac comprehendimus

dimus regula: *Quibus in casibus ob auctoritatem & consortium aut societatem dolo malo praestitam, quemquam puniri posse diximus iisdem, & non aliis etiam ad damni dati restitutionem obstringitur. Quando vero per culpam aut imprudentiam crimini occasionem dedit, discernendum, an ex contractu resarcio damni fieri debeat, an secus ibi is culpa gradus lucendus quem contractus exigit. hic quævis culpa, reparanda.*

Dolum enim neminem excusare, sed tam in contractibus, quam extra illos, damnum inde illatum restaurandum, notissima iuris præcepta volunt. Cum autem in reliquis casibus, ubi pœnam supra non statuimus, nihil vitio dari possit eis, qui pœna exempti sunt: in iis autem casibus, ubi imputari nihil potest, nec damni dati causa ad quemquam referenda: ubi autem quis causa damni non est, ibi etiam ad eius restitutionem non tenetur; in promptu est, in reliquis casibus damnum non restitui. Quodsi non dolo sed culpa nocitum sit, & ex contractu res, in qua datum est damnum, restituenda erat: quemvis contractum sua peculiari culpæ mensura ac quantitate ab aliis secerni compertum est, ultra quam nemo tenetur. Damnum vero extra contractum datum, cum sit iniuria datum quo in casu leuissima culpa præstanda est: patet quamvis culpam a socio nocente reparari. *LYBISCH STADT-RECHT apud IOACHIM LUCAS SREIN in der Einleitung zur Lübischen Rechts-Gelehrsamkeit pag. 399. §. 337.*

§. XXXI.

GROTIANA, PUFFENDORFIANA AC THOMASIANA DOCTRINA CVM QUADAM CENSURA.

GROTIUS *Lib. 2. cap. 17. §. 6. sequ.* hæc habet: Tenentur (ad damni reparationem) præter ipsum qui per se alios damnum dat, alii quoque faciendo, aut non faciendo. Faciendo alii primario, alii secundo: primario, qui iubet, qui consensum requisitum adhibet, qui adiuvat, qui receptum præstat, aut qui alio modo in ipso crimine participat. Secundo, qui consilium dat, laudat, adsentatur. Quoad reliqua non verbis GROTII sed PUFFENDORFFI UTAR, quippe qui in nulla fere re GROTIUM deserit. Ita autem ILLE in *Iure Nat. & Gent. Lib. 8. cap. 3. §. 28.* Inter restitutionem damni & pœnam, id discriminis observatur, quod facilius imprudentia aut leuior culpa ad deprecandam panam valeat, quam ad damni dati reparationem. IDEM *Lib. 3. c. 1. §. 4.* De his omnibus, (sc. qui a factum alterius aliquid contulerunt) sciendum, illos ita teneri ad reparationem damni, si vera causa damni fuerint. Tum sequuntur Grotiana. Tandem addit propria, quæ vero negamus, per ea, quæ supra diximus: Sæpe enim accidit in illis, qui minus principaliter ad alterius factum concurrerunt, ut sine eorumdem actu aut neglectu, is damnum dedit, certus scilicet omnino

omnino id dare, istique adeo velut superflui accesserint. Vbi quamquam eorumdem voluntas & conatus crimen habeat; quia tamen presentis damni nulla pars ab eis profuxit, restitutio ab iisdem postulari nequit. Sequuntur iterum quæ iam sunt apud GROTIUM; tum pergitur: Circa illos denique, qui omitendo id, quod debebant ad facinus alienum concurrunt, observandum, tunc demum ex sua omissione ad reparandum ipsos teneri, si omiserunt, quod ex obligatione perfecta facere debebant, non, si, quod lex charitatis aut humanitatis tantummodo dicebat. Quæ noua adhuc sequentibus dicuntur proponemus verbis THOMASII in Iurispr. diuin. Lib. 2. c. 5. §. 40. Ex his qui impari gradu damnum dederunt, primo ad damnum resarciendum obligantur illi, qui principaliter id produxerunt, his deficientibus ii, qui concurrerunt. Adeoque primo loco tenentur, qui imperio, aut alio modo, ad necessitatem accedente, ad factum impulerunt. Parrator facinoris cui ministerium detrectare non licuit, instrumenti scilicet rationem habeat. Qui citra necessitatem ad facinus alienum accessit, ipse primo loco tenebitur, tum ceteri, qui ad facinus aliquid contulerunt. Quodsi a pluribus in eadem causarum classe constitutis, idem actus profectus fuerit, in actibus indiuiduis, ut sunt incendium, perfossio aggeris & similes, singuli tenebuntur in solidum. (Additur in margine) Si reliqui non facile conueniri possint, vel non sint soluendo, unus ex his tenetur damna data resarcire. In diuiduis, ut sit in vulneratione, singuli tenebuntur pro eo, quod fecerunt, sunt obligati, siue vtrouique cum conspiratione siue citra eandem plures aliquod facinus perpetraverint. Si tamen ab vno eorum qui inæqualiter tenebantur, vel singuli obligati erant in solidum damni resarciendum damnum & penam multe intercedunt differentie, cum ea, quæ hactenus diximus in pœnis fere se habeant aliter, ut, in quibus v. g. laudatores & adfertatores delicti coerceri possunt, & sæpius æquali pœna notantur, qui impari gradu damnum dederunt, & denique per penam vnus reliqui non liberantur. Sub incudem vocemus paululum Philosophiam Grotio. Pufendorffio. Thomasianam. Primo, monemus, ea quæ hic dicta sunt de ordinis & diuisionis beneficio, tantum e iuris naturalis adytis repeti, nam secundum Leges ciuiles inter criminosos obtinere aliquod diuisionis atque excussionis beneficium, non posset sine supina legum ignoratione a quocumque adferri. Deinde, si ad ipsam Iurisprudentiam naturalem me transfero, non possum penitus THOMASIO omnia largiri. Distinguit, an ita a pluribus crimen patratum, ut quidam tantum iussu, mandato &c. noxii fuerint, alii executione, an vero ita, ut omnes executi sint.

Ibi sequens ordo agendi seruandus:

1. Aduersus auctorem s. mandatorem
2. Aduersus socios sponte accedentes
3. Aduersus socios iussui obtemperantes.

Nescio,

Nescio, cur mandatore prius, deinde vero executorem aggredi oporteat. Mihi videtur optionem laeso esse concedendam, quem prius adigere velit. Alteruter enim totum damnum dedisse videtur æquali gradu. Ille, quia absque eius mandato damnum non fuisset datum; hic, quia absque executore nocendi voluntas inefficax est, & fulgur ex pelui. *Itic*, vel damnum est diuiduum vel non. Si posterius: vel omnes facile conueniri possunt, vel secus. Si damnum est diuiduum: quilibet tenetur, pro sua parte. In casu damni indiuidui, si prius est: idem obtinet; si posterius: in solidum tenetur is, qui facillimus conuentu est. Ast nullane si omnes sunt executores inter confortes, et socios, cum auctore suo iunctim crimen exsequentes, differentia? Puto esse. *Hoc* enim in casu, sc. si socii cum auctore coniunguntur, omnino prius conueniendus esset auctor, utpote in quo maior ratio: Nam 1) executor est, ut reliqui, 2) mandator est, quod reliqui non sunt. Quoad plures confortes, si damnum est diuiduum; probo THOMASTIUM; si indiuiduum: reprobō. Quis enim tolerauerit istam sententiam, eos, qui incenderunt, si omnes æque facile conueniri possint, omnes pro parte sua conueniendos, quasi quisque eorum, qui ædibus iunctim faces subiecerunt, partim tantum combussisset ædium? Quis non distinxerit potius, an vnus absque altero solus damnum dare potuerit; an non, nisi cum altero? Ita, ut priori casu omnes in solidum teneantur, posteriori singuli pro rata, quoniam *ibi* quiuis totum damnum dedisse dici nequeat, quippe quod facere plane non potuit. Sed *hæc* animi tantum causa dicta sufficiant. Leges enim ciuiles, ut supra iam monuimus, Ictos alia docent.

§. XXXII.

CONCLUSIO.

Iam finita hac de Consortibus ac sociis doctrina, proposueramus etiam ad eos progredi, quos criminum *participes* nuncupauimus. Habeo sane quædam, quæ non publici saporis puto, quæ etiam ad hunc locum dici possent. Agendum hic erat de receptatoribus, occultatoribus, fugæ instructoribus, reliquis. Conquirendi omnes & definiendi qui huc possunt referri, & separandi illi, quos perperam in hanc classem coniciunt. Deinde pœna erum stabilienda erat. Denique etiam ponderandum, an & quantum ad damni reparationem sint adstricti. Verum, cum tempus præter expectationem iam urgeat, linquimus hæc arua, eodem forsitan alio tempore, quum plus otii erit, redituri, nisi alii otium nobis interim faciant. Subiungo saltim hic Edictum aliquod Regium, sapientissime conditum, quod ad Receptatores spectat, quodque quia præclarum est, & cum leges nostræ mature senescant, forsitan paucissimis amplius cognitum, locum commode hic meretur,

H

Desti.

Destinauimus etiam ea præcepta generalia, quæ hic tradita sunt, per
 potissima crimina singula eundo, ad quoduis eorum adplicare, vt eo-
 ant vtiliora magisque practica, & singula Dicasteriorum sententiis con-
 firmare. Sed hic labor amplissimus est. Vane interdum spes inchoa-
 mus longas,



Appen-

No. 1. Wenn ein Verbrechen von vielen zugleich verübet wird, oder wenn nicht nur eine Zusammenverbindung geschiehet, so muß einer seyn, welcher macht, daß die andern dazu bewogen werden. Es können ihrer auch mehrere seyn, aber einer muß doch den Anfang machen. Und wenn ein anderer durch diesen bewogen worden: so kan derselbe wieder eben das bey mehrerenbeverckstelligen. Derjenige, welcher verursacht, daß auch andere bewogen werden, ein Verbrechen mit ihm zugleich zu begehen, heißet der **VRHEBER** desselben.

No. 2.

EDICT

welchergestalt die

DIEBES - HÄHLER

wann sie überführet werden, ohne Weitläufigkeit
und Formalität von Proceß zu bestrafen.

sub dato Berlin, den 16. Octobr. 1720.

Nachdem Sr. Königl. Majestät in Preussen &c. Unser allergnädigster Herr, aus denen eine Zeitler eingelangeten Berichten, mit nicht geringer Befremdung angemercket, daß hie und da in Dero Provinzzen und Städten das Stehlen dermassen überhand genommen, daß auch sogar importante Diebstahle, zum grossen und unwiederbringlichen Schaden derer, die es betroffen, ausgeübet, und was das meiste, zum æstern bey denen angestellten Untersuchungen und Inquisitionen befunden worden; daß weniger dergleichen grobe Verbrechen sich ereignen würden, vwann nicht so viele Hähler waren, welche denen Dieben mit Rath und That an die Hand gehen, ihnen darzu Anlaß und Gelegenheit geben, und durch Verbergung des Gestohlenen sie zur Bosheit noch mehr stercken; Allerhöchst gedachte Sr. Königl. Majestät aber diesem höchst strafbaren Beginnen und schädlichen Unwesen auf alle Weise zu steuern gemeynet seyn, zumahl in dessen Ermangelung Dero Officirer ihre Soldaten vor Verleitungen nicht zu hüten vermægen, worüber

H 2

diese

diese æfters den Diebstahl mit dem Leben bezahlen müssen, obgleich andere ihnen dazu Wege und Stege gewiesen; Wohingegen in denen Städten fast über all der Mißbrauch eingeschlichen, denen Hæhlern und andern Complicen weitläufige Defensiones zu gestatten, und obwohl sie wegen ihrer Verbrechen überführet, dennoch dieselbe entweder gegen eine geringe Geldbusse, falls sie solche aufbringen können, dimittiren, oder wohl gar ungestraft laufen lassen; Als haben mehr allerhöchst gedachte Seine Königl. Majestæt, zu Vorkommung alles dessen, und Abwendung dergleichen Greuel, hiermit und kraft dieses, allergnädigst und wohlbedæchtig, zugleich auch ernstlich setzen, ordnen und befehlen wollen, daß von nun an und künftig, wann bey anzustellenden Untersuchungen und Inquisitionen sich herfür thun würde, daß Diebesheblere mit darunter begriffen, diese auch dessen, oder daß sie gestohlene Sachen wesentlich an sich erkaufet, überführet werden, selbige sodann ohne alle fernere Weitläufigkeit und Forme von Process, auch ohne alles Ansehen der Personen, mit Pranger, Staupen-Schlagen, Brantmarcken und Landes-Verweisungen, nach Befinden und Proportion ihrer Mißthat, andern zum Exempel und Schrecken, bestrafet werden sollen; Würde von einem oder andern, deme es zu thun obliegt, hierwider gehandelt oder conniviret werden, von dem wollen Seine Königl. Majestæt es fordern, und Dero scharfe Abndung ihm empfinden lassen. Gestalt sich hiernach sämtliche, Seiner Königl. Majestæt Regierungen, Ober- und Untergerichte Magistrats in Städten, Flecken und Dærfern, auch sonst jedermanniglich, deme es angehet, allergehorsamst und eigentlich zu achten, der General-Fiscal aber, und übrige fiscalische Bedienten, daß deme über all gehöriq nachgelebet werde, ein wachendes Auge zu haben, zu welchem Ende dieses Edict gedrucket, und durch Affigirung an allen diensamen Orten zu jedermanns Wissenschaft gebracht werden soll. So geschehen und gegeben Berlin, den 16ten Octobr. 1720.

Friedrich Wilhelm.

(L. S.)


F. W. v. Grumbkow.


Errata.

- Pag. 1. l. 5. loco: *maxime lege: maxima*
 -- 3. lin. 8. §. 3. lege: Κλωπές, και ὁ κλεψόμενος, και ὁ κριψίας
 -- 4. lin. 7. lege: χαλεπώτερος
 -- 6. lin. 7. §. 6. loco: *quo motissimus, lege: quo sensu notissimus*
 -- 7. lin. 4. post *differi*, infere: *ab eo*, & lin. 7. loco: *a quo lege: in quo*
 -- 8. lin. 4. §. 8. post: *mandans est*, infere: *caput*
 -- 9. lin. 5. a part. inf. loco: *beres*, lege: *beri* lin. vlt. loco: *l. c. lege: l. 2.*
 -- 10. lin. 10. n. 2. lege: *interfectorem premeditatum, gladium ultorem*
 -- lin. penult. n. 2. loco: *non habenda*, lege: *habenda*
 -- 11. lin. 10. & 11. η. (a) loco: *de mandati*, lege: *de mandato*
 -- 12. lin. 8. n. e) loco: *mandata propria*, lege: *mandatum, propria*
 -- lin. penult. loco: *subrigendi*, lege: *subigendi*
 -- 13. lin. vlt. §. 10 loco; *proprie*, lege: *proprio*. lin. 7. §. 11. lege: *quan-*
tum in se fuit.
 -- 14. lin. 5. loco: *sociis*, lege: *socii*
 lin. 20. loco: *amplissimam*, lege: *aptissimam*
 -- 15. lin. 13. loco: *negationis*, lege: *negationis*
 lin. penult. loco: *commodo*, lege: *commodum*
 -- 19. lin. 2. n. 1. loco: *ita et*, lege, *ita, et*,
 22. lin. 8. loco: *sed is*, lege: *sed id*, lin. 16. loco: *eosdem*, lege: *eodem*
 lin. 19. loco: *persequutum est*, lege: *perfectum est*
 -- 23. lin. 20. loco: *mit einander*, lege: *mit vvan der*
 lin. antepen. loco: *nicht verwunden*, lege: *überyunden*
 -- 24. lin. 20. loco: *Sed omnes*, lege: *Sed pone: omnes*
 lin. 23. post: *amittendo*, infere: *tempus*, lin. 26. loco: *inacte*, lege: *maete*
 -- 25. lin. prima, loco: *secutum*, lege: *secuturum*. Inscriptioni §. 19. post:
 A SOCIIS, infere: REPENTINIS
 lin. 17. §. 19. loco: *galea*, lege: *alea*
 -- 26. lin. ult. loco: *edocere*, lege: *edoceri*
 -- 27. lin. 5. loco: *intra*, lege: *infra*, lin. 11. loco: *eale*. lege: *calis*. lin. 17.
 loco: *concurrit*, lege: *concurritur*
 -- 29. lin. 3. loco: *a*, lege: *ad*, lin. 8. loco: *præsitum proximum*, lege:
præsistum, proximum, lin. 21. loco: *vel*, lege: *posteriori*
 -- 30. lin. 2. §. 21. loco: *pænam*, lege: *culpam*
 -- 31. lin. prima, loco, *proprio*, lege, *proprie*
 -- 33. lin. 2. §. 22. loco, *monendum esse*, lege, *monendum, esse*

- Pag. 36. lin. 7. loco, *mitior omnino*, lege, *mitis nimium*
 lin. 12. post, *impedientium*, infere, *hoc casu*
 -- 37. lin. 10. loco, *futuros premia*, lege, *futuros, premia*
 lin. 19. loco, *adesse*, lege, *ad*, lin. penult. loco, *alium de lege*, *aliunde*
 -- 39. lin. 8. post, *inter id*, infere, *quod in ipso actu executionis adfertur, et id*,
 lin. 9. loco, *illud*, lege, *hoc*, ante, *nescit*, infere, *Ius Romanum*
 -- 40. lin. 21. post, *subcant*, infere, *hi vero*, lin. antepen. loco, *componemus*,
 lege, *comparemus*
 -- 41. lin. 4. loco, *alia*, lege, *aliaque*, lin. 8. loco, *Doctores*: his, lege, *Docto-*
res his
 -- 48. lin. 8. post, *perfectum*, infere, *aut saltem eo modo patratum iri*, post, *fa-*
ctum est, infere, *numquam*
 -- 49. lin. 9. loco, *resolucante*, lege, *replicante*
 -- 55. lin. 4. loco, *resarcio*, lege, *resarcitio*, lin. 5. post, *secus*, infere, *I, I. lin.*
 ult. post, *ii*, infere, *qui*







ULB Halle
002 169 525

3



56.





Er. 3. num. 9.

DISSERTATIO PHILOSOPHICO-IVRIDICA
DE

13

1960 6a

CONSORTIBVS ET ADIV-
TORIBVS CRIMINVM EORVMQVE
POENA ET NOXA, SECVNDVM LEGES
GERMANIÆ CRIMINALES GENE-
RATIM

QVAM
SVB PRAESIDIO
VIRI CONSVLTISSIMI
ERNESTI CHRIST. WESTPHAL
IVRIS VTRIVSQVE NEC NON PHILOSOPHIÆ DOCTORIS
CELEBERRIMI
FAVTORIS ATQVE PRÆCEPTORIS OMNI
PIETATIS CVLTV SEMPITERNVM COLENDI
D. XXI. IVNII MDCCLX.
H. L. Q. C.
PVBLICE DEFENDET
NICOLAVS JOSEPHVS GÜNTHER,
MAGDEBVRGENSIS. J. V. C.



HALAE MAGDEBVRGICAE MDCCLX.

